

The Center for Research Libraries scans to provide digital delivery of its holdings. In some cases problems with the quality of the original document or microfilm reproduction may result in a lower quality scan, but it will be legible. In some cases pages may be damaged or missing. Files include OCR (machine searchable text) when the quality of the scan and the language or format of the text allows.

If preferred, you may request a loan by contacting Center for Research Libraries through your Interlibrary Loan Office.

Rights and usage

Materials digitized by the Center for Research Libraries are intended for the personal educational and research use of students, scholars, and other researchers of the CRL member community. Copyrighted images and texts are not to be reproduced, displayed, distributed, broadcast, or downloaded for other purposes without the expressed, written permission of the copyright owner.

Center for Research Libraries
Scan Date: February 23, 2012
Identifier: d-f-000169



Center *for* Research Libraries
.....
GLOBAL RESOURCES NETWORK

P-00319105

DE NICOLAI
PRAEEXERCITAMENTIS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS IN
UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILIELMIA RHENANA
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

IOSEPHUS FELTEN

COLONIENSIS

PROMOTUS DIE XXVII MENSIS Iunii

515104

MCMXIII

SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI LIPSIENSIS

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTULIT

A. BRINKMANN

Permissu amplissimi philosophorum ordinis integra dissertatio
totum Nicolai librum una cum praefatione continens propediem
edetur in bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum
Teubneriana.

A. DE CODICIBUS

I. De codice 0

Nicolai Progymnasmatum librum Eb. Finckh a. 1856 in Spengelii Rhetorum graecorum vol. III p. 449—498 magno cum acumine restituit ex scholiis Aphthonianis a Walzio in Rhetorum graecorum vol. II p. 5—9 et 565 sq. editis. Observaverat enim ea, quae Ioannes Doxapatres in commentario ad Aphthonium scripto ex eo affert, congruere cum iis, quae in scholiis Aphthonianis II 565 sq. W. leguntur. Quadraginta annis post Graeven in Hermae vol. XXX p. 471 sq. monuit ipsa Nicolai Προγυμνάσματα adhuc servari Londinii in codice Musei Britannici addit. 11889 (Coxe *Additions to the British Museum Manuscripts* 1841—1845 p. 16).

Codex¹⁾ saeculo XV exaratus continet 59 folia chartacea (22×16 cm). Insunt f. 2^r—28^r Φιλοστράτου Εἰκόνες, f. 29^r—59^v Νικολάου σοφιστοῦ Προγυμνάσματα et Ἀφθονίου σοφιστοῦ Προγυμνάσματα. Harum duarum partium, f. 2—28 et f. 29—59, scripturam simillimam quidem neque vero prorsus eandem esse quondam iudicavit Rabe, certe chartam esse diversam. Aphthonii et Nicolai Progymnasmata hunc in modum se excipiunt: f. 30^r^v (p. 1—6, 7) Nicolai praefatio binis columnis scripta est; sequuntur f. 31^r^v Aphthonii π. μύθου et π. διηγήματος, Nicolai π. μύθου ita, ut Aphthonii verba columnas interiores occupent, Nicolai autem litteris paulo minoribus exarata columnas exteriores. Scripta sunt f. 32^r Nicolai capitis π. μύθου, quae supererant (inde a p. 9, 1 ἐπαινοῦντες),

1) Descriptionem Hugoni Rabe debeo; idem librum Nicolai lucis ope excipiendum curavit.

sed lineis longis. Inde ab hoc folio singulae paginae non amplius columnis divisae sunt: singulis Aphthonii progymnasmatis absolutis subiecit librarius Nicolai quae respondent et ea quidem litteris paulo minoribus. Iam vero f. 29 duabus columnis scripta est eadem Progymnasmatum Nicolai pars, quam librarius f. 32^r lineis longis scripsit neglecto columnarum ordine (p. 9, 1 *ἐπαινοῦντες*—11, 10 *προλεκτέον*). Librario igitur primum in animo erat duorum illorum scriptorum Progymnasmata binis columnis continuis absolvere; sed cum scripsisset f. 30 et 31 et id, quod nunc est f. 29^{r1}), commutavit consilium: quae scripserat f. 29, ea denuo descripsit f. 32^{r2}); neque vero perire voluit f. 29³). — Explicit codex f. 59^v *γενήσεται πάθους* i. e. ultimis Aphthonii verbis (56, 32 Sp.); deest ergo caput Nicolai *π. νόμον εἰσφορᾶς*. — Hic illic Aphthonii Progymnasmatis alia scholia adscripta sunt ab ipso librario sive in margine sive in calce.

Iam Graeven animadvertit, multum interesse inter priora progymnasmata usque ad caput *π. ἐγκωμίου καὶ ψόγου* et posteriora inde a capite *π. συγκρίσεως*. Quod ut melius intellegatur, exponam, qua via et ratione Nicolaus in componendo libro usus sit.

In unoquoque capite complures partes distinguuntur. Exponit enim scriptor

I cur eo ipso loco progymnasma, de quo agitur, ponendum sit,

II quomodo definiendum sit, quae sit vis atque potestas verborum ad definiendum usurpatorum, quomodo differat ab aliis progymnasmatis aut quomodo congruat cum eis,

1) Manu alia, ut Rabe dubitanter scribit, adiuncta sunt *ἐγὼ βασιλείος ἐγὼ λελ?* γ? *ἐγὼ βασιλείος ἐγὼ φησι πσ σαβ?* φ? (hisce librarius novam pennam examinavisse videtur); tum textus manu *εἰ σε* (sic) *ἐητορικῆς πόθος φίλος ἔμπεσε θυμῷ μή σε ἀφθονίῳ λάθῃ* (sic) *γυμνασίῃ*, cf. II 127, 9 W.

2) Textum f. 29 (= O¹) a f. 32^r (= O) paucis locis differre ex apparatu critico cognoscis.

3) Senionem efficiunt f. 29—40; sequuntur quaterniones f. 41—48 et 49—56; quomodo f. 57—59 inter se cohaereant, Rabe non perspexit.

III quot genera sint progymnasmatis,

IV quomodo conficiendum sit,

V ad quaenam genera orationum et ad quas orationis partes praeparet,

VI utrum integram orationem exaequet an partem tantum orationis efficiat an utrumque.

Praeterea in cap. π. μύθου, π. κοινοῦ τόπου, π. ἐγκωμίου agitur de elocutione. Neque vero solum hae partes in unoquoque progymnasmate inveniuntur omnes, exceptis cap. π. μύθου et π. γνώμης¹⁾, sed etiam ordo raro immutatus est; velut in cap. π. χρείας et π. γνώμης pars IV posita est post partem V, praeterea in cap. π. ἐγκωμίου pars V una cum parte I tractatur²⁾. — Passim multis verbis de aliorum scriptorum rationibus disserit, sive eas comprobat sive refutat.

Longe diversa est alterius partis, qualis in codice O exstat, condicio. Quod ut cognoscas simulque intellegas, quanta neglegentia librarius rem gesserit, totum caput π. συγκρίσεως primum describo.

Σύγκρισις ἐστὶ λόγος τὸ βέλτιον ἐπὶ χειρὸν παριστάνων ἢ παρ-
άλληλος ἐξέτασις ἀγαθῶν ἢ φαύλων. ἔστιν ἡ σύγκρισις καὶ τῶν
μερῶν καὶ ὅλων καὶ εἰ<δους> πανηγυρικοῦ.

Διαφέρει δὲ τοῦ ἐγκωμίου, ὅτι τὸ μὲν ἀπλᾶ ἔχει τὰ κεφάλαια,
5 ἡ δὲ διπλᾶ. διὰ τοῦτο καὶ ὑποτέτακται. χρηστὰ χρηστοῖς ὡς ἀν-
δρίαν, φρόνησιν, σωφροσύνην· φαῦλα δὲ φαύλοις ὡς κλοπὴν καὶ
ἱεροσυλίαν· ἡ μικρὰ περιθεῖναι (sic O; παραθεῖναι Ac) μείζοσι.
τοῦτο γίνεται, ἵνα φανῇ ἐντεῦθεν τὸ χρηστότερον. ὕπτιον σημαί-
νει τὸ ἄτεχρον καὶ ἀφελές, ἀγωνιστικὸν δὲ τὸ μεθοδικῶς (sic mg.;
10 in textu μεθοδικὸν ex μεδικῶς corr.) προϊόν. συγκρίνοντες (sic)

1) Quod in cap. π. γνώμης nihil dicitur de ordine, non est mirum, cum hoc progymnasma artissime cohaereat cum antecedente i. e. cum chria. — Partem VI in cap. π. μύθου excidisse fortasse dices neglegentia librarii, cum schol. Aphth. II 568, 4—8 W. eius mentionem fecerit. Sed haec scholiastam de suo addidisse inde effici videtur, quod in cap. π. διηγήματος 17, 4 sq. Nicolaus de vi atque notione verborum μέρη καὶ ὅλα disserit et verba ποτὲ δὲ καὶ αὐτὸς ἰδίαν πληροῖ ὑπόθεσιν pugnant cum verbis ὁ μῦθος τῶν μερῶν ἂν εἴη.

2) Qua de causa hoc in capite ordinem mutaverit Nicolaus, facile ex eis intellegitur, quae p. 47, 12 disserit.

δὲ δεῖ παραθεῖναι ἢ χρηστὰ χρηστοῖς ἢ φαῦλα φαύλοις ἢ χρηστὰ πονηροῖς ἢ μικρὰ πρὸς μείζω.

Ἡ σύγκρισις τοῖς αὐτοῖς τῷ ἐγκωμίῳ διαιρεῖται κεφαλαίοις, πλήν διπλᾷ ἔχει τὰ κεφάλαια· δύο γὰρ τὰ συγκρινόμενα πράγματα· καὶ χρησόμεθα ὡς κἀκεῖ τοῖς ἐμπίπτουσι· καὶ συγκρίνομεν ἀλλήλοις, 5 ὅσα δὴ ἐγκωμιάζομεν ἢ ψέγομεν. δεῖ δὲ μὴ καθαιρέσει τῶν ἐξεταζομένων ἀὔξειν τὰ ἡμέτερα, οὕτω γὰρ οὐ μεγάλη δειχθήσεται, ἀλλὰ τὰ μεγάλα ἐπὶ τοῦ οἰκείου μεγέθους ἑῶντες τότε μείζονα τὰ ἡμέτερα ἀποδεικνύναι πειρασόμεθα ὡς καὶ Ὁμηρος· πρόσθε μὲν ἐσθλὸς ἔφηνε (ex ἐσθλοὶ ἔφηνον corr.), δῖωκε δὲ μιν μέγ' ἀμείνων. καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν Δημοσθένους ἐν τῷ Κατὰ Ἀνδροτίωνος 10 μείζον τὸ εἰς αὐτὸν ἀδίκημα ἔδειξε διὰ τὸ εἰς εὐκτήριον (sic) μεγάλα ἀμαρτήσαντα Ἀνδροτίωνα κατασκευάσαι· μεγάλα γάρ, φησί, παρ' αὐτῷ ἠδίκηται· πολλῷ δὲ μείζω ἐγώ.

Φράσιν δὲ ἐνταῦθα πομπικὴν καὶ θεατρικὴν εἶναι δεῖ τοῦ 15 σεμνοῦ μὴ ἀφισταμένου.

Γυμνάσει δὲ ἡμᾶς τὸ παρὸν πρὸς πάντα τὰ εἶδη τοῦ μὲν ἐγκωμίου ἰσοτίμον φανείς (sic), συντελέσει δὲ τῷ συμβουλευτικῷ, ἐν οἷς τὰ ἡμέτερα κρείττω φανῆναι βουλόμεθα τῶν ἐφ' ἐτέρων λεγομένων· ἀλλὰ καὶ τῷ δικανικῷ, ἥνικα κατατρέχοντος (sic) 20 ἀδικήματος καὶ αὐτὸ ἐργασόμεθα, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ πολιτικοῦ λόγου. προοιμίων τε γὰρ εὐρέσεις διὰ τούτου ποιησόμεθα καὶ διηγῆματι μεταχειριζόμεθα, τὰ πλεονεκτήματα λέγοντες τοῦ ὑποκειμένου προσώπου, καὶ εἰς ἀγώνων σφοδρότητας, ἐν οἷς οὐ (sic) ἴσα ἀποδεικνύναι πειρασόμεθα ἢ μείζω, καὶ εἰς ἐπιλόγων 25 πάθη, ἐν οἷς καταπανάμεθα τὰς ὑποθέσεις. εἰ δὲ περὶ ἀνθρώπων ὁ λόγος ἢ φυτῶν, ἔξεστι καὶ ἀνειμένην χρῆσασθαι φράσει καὶ μὴ διὰ πάντων τῶν κεφαλαίων ἐξίεναι μηδὲ τῇ τεχνικῇ τῶν ἐγκωμίων ἐπεσθαι διαίρεσει.

Vel primo obtutu cognosces haec plane abhorrere a ratione atque via, qua Nicolaum in priore parte usum esse ostendi. Non solum desunt multa, de quibus Nicolaus ex ratione libri sui agere solet, sed adsunt etiam, quae ab illo omnino aliena sunt. Verba enim p. V 5 διὰ τοῦτο καὶ ὑποτίτακται—χρηστότερον et 8 ὕπτιον—10 προῖόν nihil aliud sunt nisi scholia ad verba Aphthonii 42, 22—24 et 43, 2 Sp.; quin etiam ipsa verba Aphthonii 42, 22 δεῖ δὲ συγκρίνοντας in O sequuntur. Itaque suspicio oritur hanc partem codicis O ex scholiis ad Aphthonium scriptis derivatam esse. Atque re vera scholia codicis Ambrosiani 523, de quibus p. VIII sq. agetur, omnia, quae

codex O, exhibent integra atque eodem ordine. Idem valet de ceteris, quae caput *π. συνηλθεως* in codice O sequuntur.

Prior igitur pars codicis O (usque ad caput *π. ἐγκωμιον καὶ ψόγον*) exhibet ipsa Nicolai Progymnasmata, posterior autem deducta est ex scholiis Ac aut potius ex apographo eius codicis. Quin hoc ideo factum sit, quod posterior pars libri Nicolai illo tempore iam deperdita erat, dubium vix esse potest. Quae cum ita sint, in hac parte restituenda ad ea scripta refugiendum est, quae verba Nicolai praebent.

II. De fragmentis Monacensibus

In codicem Monacensem gr. 478 (= M) duo folia ex alio codice delata sunt, 290 et 291, exarata saec. XII vel XI. Continent Nicolai verba f. 290^r = p. 14, 18—15, 6; f. 291^v = p. 9, 2—12, 10; non omnia bene servata sunt. Folii 290^r scriptura antiqua deleta est; eius vestigia tam exigua exstant, ut Rabe ne unum quidem verbum Nicolai agnoscere potuerit.

III. Denique verba p. 1, 16—2, 9 in codice Ambrosiano 221 (= Ai) saec. XIV f. 7^{rv} inter Hermogenis et Aphthonii Progymnasmata leguntur, quamquam paulum mutata; Nicolai nomen adscriptum non est.

B. DE SCRIPTORIBUS, QUI NICOLAI LIBRO USI ESSE VIDENTUR

I. De scholiis P et Ac

Scholia P¹) (II 5—9 et 565 sq. W.), ex quibus Finckh librum nostrum restituerat, non integra exhibent Progymnasmata Nicolai, sed et ordinem et verba ipsa mutaverunt, cum eis uterentur tamquam scholiis ad Aphthonii verba interpre-

1) Pa = Paris. 1983 saec. XI, Pc = Paris. 2977 saec. XI (Abraham *Jahrb. f. class. Philol.* 131 [1885] 759. Rabe *Rhein. Museum* 67 [1912] 325), quorum simulacra lucis ope excepta contuli inde a p. 602 W., alteram partem examinavit Rabe; Vh = Vat. Pal. 23 saec. XIII, cuius simulacra contuli. Pa Vh artius inter se cohaerent.

tanda. Sed si accuratius comparaveris scholia P cum textu Londinensi, intelleges verba Nicolai, quae in P leguntur, non magnopere differre ab auctoris libro genuino nisi in prioribus progymnasmatis, inde a capite $\pi. \chi\sigma\epsilon\lambda\alpha\varsigma$ autem magis magisque cum Nicolao consentire, in capite $\pi. \epsilon\gamma\kappa\omega\mu\lambda\acute{o}\nu \kappa\alpha\iota \psi\acute{o}\gamma\omicron\nu$ vix iam discrepare.

Quomodo hoc factum sit, facile explicari potest ex indole scholiorum P. Priorum enim capitum scholia ea ratione, qua pueri in scholis instruebantur, id est ratione catechetica, composita sunt (Rabe *Rhein. Mus.* 62, 559 sq.). Apparet verba Nicolai si hoc modo scholiasta eis uti volebat, mutanda fuisse. Inde vero a capite $\pi. \chi\sigma\epsilon\lambda\alpha\varsigma$ ille desiit hoc modo scholia componere. Atque a capite $\pi. \kappa\omicron\iota\nu\omicron\upsilon \tau\acute{o}\pi\omicron\nu$ eundem verborum ordinem exhibet atque O, nulla iam scholia, quae ad verba Aphthonii ipsa spectant, verbis Nicolai immixta inveniuntur. Concludendum igitur est eum, qui codicum PaPcVh archetypum scripsit, codicis quo usus est verba mutasse, cum eis eo modo quem supra diximus uti voluisset; sed inde a capite $\pi. \kappa\omicron\iota\nu\omicron\upsilon \tau\acute{o}\pi\omicron\nu$ destitit consilio atque ideo nihil mutavit (Rabe *Rhein. Mus.* 62, 559 sq. 64, 565 a. 1). Illo in codice ergo, quem fontem scholiorum P nominabo, Nicolai verba integra legebantur.

Sententia haec confirmatur codice Ambrosiano 523 saec. XI (= Ac). Artissime enim cum scholiis P cohaeret pars scholiorum eius codicis¹⁾. Scholia ad Aphthonium scripta in Ac manibus tribus exarata esse videntur, scholia I: eadem manu, qua ipsa Aphthonii verba (Rabe *Rhein. Mus.* 67, 322 a. 3); II: saec. XII; III: saec. XIII—XIV. Scholia III nihil sunt nisi partes commentarii ab Ioanne episcopo Sardiano ad Aphthonium scripti. Scholia I et II cum scholiis P artissime cohaerent. Sed cum in perpaucis illis scholiis II verba Nicolai nulla inveniuntur, scholia I multa eius verba exhibent, quamvis concisa atque contracta. Afferam exemplum:

1) Rabe f. 1^v—9^v descripserat; cum codicem magni momenti esse viderem, totum lucis ope exprimendum curavit.

Nic. p. 12, 17: ἔτι τῶν δι-
ηγημάτων τὰ μὲν ἔστι μυθικά,
τὰ δὲ ἱστορικά, τὰ δὲ πραγ-
ματικά, ἃ καὶ δικανικά καλοῦ-
σι, τὰ δὲ πλασματικά. μυθικά
μὲν οὖν ἔστι τὰ οὐκ ἀναμ-
φισβητήτου πλίστεως ἡξιωμένα,
ἀλλ' ἔχοντα καὶ ψεύδους ὑπό-
νοιαν, οἷα τὰ περὶ Κυκλώπων
καὶ Κενταύρων· ἱστορικά δὲ τὰ
τῶν ὁμολογουμένως λεγομένων
(sic O) παλαιῶν πραγμάτων,
οἷα τὰ περὶ Ἐπιδάμνου· πραγ-
ματικά δὲ ἦτοι δικανικά τὰ ἐν
τοῖς πολιτικοῖς ἀγῶσι λεγό-
μενα· πλασματικά δὲ τὰ ἐν ταῖς
κωμωδίαις καὶ ὅλως τὰ ἐν τοῖς
ἄλλοις δράμασι.

Ac f. 3^v: τῶν διηγημάτων
τὰ μὲν ἔστι μυθικά,

οἷα τὰ περὶ Κυκλώπων καὶ
Κενταύρων, τὰ δὲ ἱστορικά τὰ
τῶν ὁμολογουμένως γενομέ-
νων παλαιῶν πραγμάτων,

τὰ δὲ πραγματικά ἦτοι δι-
κανικά τὰ ἐν τοῖς πολιτικοῖς
ἀγῶσι,

τὰ δὲ πλασματικά,
οἷα τὰ ἐν κωμωδίαις καὶ τοῖς
ἄλλοις δράμασιν.

Eodem modo cum plerumque Ac contrahat in brevius verba Nicolai, nonnullis locis plane cum eo congruit. Quaerendum igitur est, utrum Ac haec verba ex Nicolao ipso an ex scholiis P hauserit. Paucos sed gravissimos locos afferam.

Nic. p. 8, 14; P = II 568, 9 sq. W.

Ac f. 3^r: ὁ μῦθος τοῦ συμβουλευτικοῦ ἔστιν· ἢ γὰρ προτρέ-
πομεν ἐπὶ¹ τὰ¹ ἀγαθὰ¹ ἢ τῶν ἀμαρτημάτων ἀποτρέπομεν. ἤδη
δὲ τισιν ἔδοξε καὶ πρὸς τὴν τῶν ἄλλων² εἶναι μελέτην χρήσι-
μον· ἐν ᾧ μὲν γὰρ φησι προτρέπομεν ἢ ἀποτρέπομεν, τὸ τῆς
5 συμβουλῆς ἴδιον φυλάττεται· ἐν ᾧ δὲ καταδρομὴν τῶν ἀμαρτη-
μάτων³ ποιούμεθα⁴, τὸ δικανικὸν μέρος σφίζεται· ἐν ᾧ δὲ κα-
θαρχῇ τῇ λέξει χρῶμεθα καὶ μετὰ ἀφελείας⁵ προάγομεν ἐπαι-
νοῦντες ἅμα, τῆς πανηγυρικῆς ἰδέας οὐκ ἀφιστάμεθα.

1. 1 ὁ—ἔστιν al. PO 1. 2 ἢ—ἀποτρέπομεν = O, al. P

1 om. O; ἐπὶ τι P 2 τριῶν O; τριῶν εἰδῶν P 3 ἀμαρτη-
μάτων O; ἀμαρτανόντων P 4 P add. καὶ τὰ ψευδῇ πιθανῶς
διηγοούμεθα 5 ἀφελείας P; εὐτελείας O

Nic. p. 15, 12; P = II 583, 26 W.

Ac f. 3^v: γυμνάζει¹ τὸ¹ διήγημα¹ εἰς¹ πάντα τὰ τῆς ῥητορικῆς μέρος², τό³ τε³ συμβουλευτικὸν καὶ τὸ δικανικὸν καὶ τὸ πανηγυρικὸν λέγω⁴. ἔτι δὲ διαιρουμένου τοῦ πολιτικοῦ λόγου εἰς μέρος ἔ ἐν ἔστι τὸ διήγημα τῶν ἑ· πολλάκις δὲ αὐτὸ (sic) καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι καὶ μάλιστα ἐν ταῖς παραδειγματικαῖς πλ-⁵στεσι χρώμεθα⁵, ἥδη δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐπιλόγοις, ὅταν ἀναμινύσκωμεν τῶν λεχθέντων· διὸ καὶ ἀδιαφόρως⁶ αὐτῷ ἐγγυμναζόμεθα⁷.

1. 3. 4 ἔτι—αὐτὸ = O; al. P

1. γυμνάζει δὲ ἡμᾶς τὸ διήγημα ὁμοίως πρὸς O; γυμνάζει τὸ διήγημα καὶ εἰς P 2 μέρος O; εἶδη P 3 om. P 4 λέγω O (add.: ἐν ἅπασιν <γὰρ> αὐτοῦ δεόμεθα); om. sed φημί add. post συμβ. P 5 post ἀγῶσι P 6 διαφόρως OP 7 ἐγγυμναζόμεθα O

Quibus locis cum Ac plane cum O congruat, a P differat, exstant alii, quibus res aliter se habeat. Velut in verbis ἵστέον ὅτι ἐν τῇ ἀνασκευῇ καὶ κατασκευῇ οὐκ ἔστι τάξις τῶν κεφαλαίων <ῥηρισμένη>. ἀλλ' οὕτως δεῖ τὸν λόγον προάγειν, ὥς ἂν ἡ τοῦ ὑποκειμένου δίδωσι φύσις χρῆσθαι τῇ τέχνῃ· ἀλλ' οὐδὲ πάντα δεῖ βιάζεσθαι τὰ κεφάλαια, ἂν μὴ χορηγῇ τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ τοῖς ἐπιπίπτουσιν ἀρκεῖσθαι. Ac plane congruit cum P (597, 20—27), sed ab O magnopere dissentit (cf. p. 30, 17—31, 13).

Statuendum igitur est Ac verba Nicolai neque ex ipsius libro hausisse, cum maximam partem consentiat cum P, neque ex scholiis P, cum nonnullis locis congruat cum O. Atqui supra diximus scholia P fontem suum non integrum exhibere. Cum in hoc fonte verba Nicolai integriora quam in scholiis P exstitisse suspicari sane liceat, colligi posse puto Ac ex ipso hoc fonte verba Nicolai hausisse.

Quae sententia confirmatur ceteris codicis Ac scholiis. Horum enim genera sunt quinque:

I Scholia, quae etiam in scholiis P leguntur, ut Ac f. 5^r (P II 590, 17 W.): τοῦτο κατὰ παράλειψιν· οὐ πάντοτε δὲ τούτῳ χρηστέον, ἐφ' ὧν καὶ ἄλλοις εὐπορον κατορθώμασι τὸν ἔπαι-

νον αὐξειν· ἄλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ψιλῇ ἀπαριθμήσει τοῦτο ἐργασόμεθα.

II Scholia, quae et cum Sardonio et cum scholiis P consentiunt; cf. Ac f. 5^r (P II 590, 14 W.; Sard.): θαυμασιῶς¹ ἀντέστρεψεν ὥς οὐχ ἡ τέχνη τοῦτον, ἀλλὰ μᾶλλον² αὐτὸς τὴν τέχνην³ ἐσέμνυνε.

1 τοῦτο θαυμασιῶς P Ac 2 om. P 3 τέχνην πάνυ Ac

III Scholia, quae cum Sardonio plane congruunt, a scholiis P dissentiunt verbis, sententiis consentiunt¹); velut ad Aphth. 45, 16 Sp. Sard.: ἀνθηρῶ· λαμβοκρότῳ· ἀπολύτῳ· ἀντὶ τοῦ ἀφέντῳ ἐλευθέρῳ καθαρῶ . . . ἀπηλλαγμένος πάσης πλοκῆς τε καὶ σχήματος· πλοκὴ τουτέστι τροπικὴ λέξει λέγων. — Ac: ἀνθηρῶ· λαμβοκρότῳ· ἀπολύτῳ· ἀφέντῳ ἐλευθέρῳ καθαρῶ. πάσης πλοκῆς· ἀντὶ τοῦ τροπικῆς λέξεως. καὶ σχήματος· τουτέστι

1) Considerandi vero duo loci sunt, quibus Sardiani verba leguntur, idcirco quod ex eis cognosci potest, quae ratio in afferendis eius verbis inter scholia P et Ac intersit. Exscribam verba Sardiani et indicabo, quae habeat scholia P, quae Ac:

Sard. ad Aphth. 21, 15 Sp.: θέρους ἦν ἀκμή· ἀντὶ τοῦ δυνατώ- 576, 26;
 ταιον καὶ μεσαίταιον. καὶ οἱ μὲν τέττιγες . . . σύντονον· ἀντὶ τοῦ non ha-
 ἀνέπεμπον, ἧδον ἢ ἀνεκρούοντο· ἀπὸ (ἐκ C; cf. p. XXXIV) μεταφορᾶς bet Ac
 τῶν κιθαριστῶν (κιθαρῶν C). σημαίνει δὲ τὸ ἀνεβάλλοντο καὶ τὸ = Ac
 ὑπερετίθεντο· ἀναβολὴ γὰρ ἡ ὑπέρθεις. σύντονον δὲ ἀντὶ τοῦ ἐπι- f. 3r;
 τεταμένον (τὸ πολλὴν add. Vω), ἡ ὅτι μέλος ἐστὶ μουσικὸν ἢ σύν- cf. P 577,
 τονος ὡς βάρβιτον καὶ ὄργανον καὶ ψαλτήριον. τοῖς μύρμηξι δὲ 5-17
 πονεῖν ἐπῆει· ἡθικὸν ἐστὶ τὸ εἶδος τοῦτο τοῦ μύθου. ἔδει τε γὰρ P 576,
 ὁ τέττιξ τοῦ θέρους καὶ ὁ μύρμηξ πονεῖ περὶ τὴν συλλογὴν τῶν 20 sq.;
 καρπῶν. ἐπῆει δὲ ἀντὶ τοῦ προθυμίας ὑπῆρχε. χειμῶνος δὲ ἐπι- non ha-
 γεγονότος· καὶ γὰρ χειμῶνος ὁ μὲν τέττιξ τὴν φθὴν καταπαύων, bet Ac
 ὁ μύρμηξ δὲ ἀφανιζόμενος, ὁ μὲν ὑπέλληπται τροφῆς ἀπορίᾳ τοῦτο
 ποιεῖν, ὃ δὲ σχολὴν ποιεῖσθαι τῶν ἑαυτοῦ πρὸς ἀπόλαυσιν πόρων.
 τὸ πιθανὸν οὖν τοῦ μύθου ἐκ τε τοῦ καιροῦ καὶ τῶν πραγμάτων
 καὶ τοῦ ἐκάστου ἐπιτηδεύματος.

Sard. ad Aphth. 27, 27 Sp.: ἄλλ' οὐ δεῖ ἀκράτῳ τῇ τραχύτητι Ac + P
 χρῆσθαι ἀλλὰ πρὸς τὴν ποιότητα τῶν ὑποκειμένων προσώπων ποι- 576, 18
 εῖσθαι τοὺς λόγους. ἐπεὶ τυχὸν ἐὰν νέος ἦ ὁ λέγων, οὐκ ἔχει Ac = P
 παρρησίας πολλὴν ἄδειαν· πλὴν κἂν πρεσβύτερος ἦ, ὀφείλει ὑφεί- 599,
 μένως πως καὶ ἡθικῶς κατασκευάζειν τὸν λόγον. 26-30
 P 599,
 30-600,
 2; non
 habet

Apparet scholia P totum scholium afferre quamvis mutatum, Ac vero partem tantummodo.

διαφόρου. — P II 647, 3 W.: ἀπόλυτος δὲ λέγεται χαρακτήρ ὁ ἄφρετος καὶ ἐλεύθερος καὶ οἶον εἰπεῖν ἱαμβόκροτος καὶ περιόδων καὶ διλημμάτων καὶ κύκλων καὶ τῶν τοιούτων ἀπηλλαγμένος· πλοκὴν δὲ οὐ μόνον τὰ προειρημένα φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὰς τροπικὰς λέξεις.

IV Scholia, quae cum solo Sardonio congruunt.

V Scholia, quae nisi in Ac non leguntur. Quae cum per pauca sint, nullius momenti est, quod in scholiis P non inveniuntur. Nam cum scholia P fontem suum non integrum exhibeant, facile fieri potuit, ut in hoc fonte plura scholia invenirentur quam in P.

Maioris momenti videtur esse, quod multa scholia in Ac leguntur, quae cum solo Sardonio congruunt. Ex his enim fortasse concludes Ac haec scholia ex ipso Sardonio sumpsisse. Sed cum scholia II et III fere totidem sint quot IV, et scholia P ipsa quoque permulta exhibeant scholia, quae in solo Sardonio leguntur, colligendum esse puto, Sardonii illa scholia omnia in fonte scholiorum P infuisse et Ac ex hoc hausisse verba Sardonii.

Quae cum ita sint, Ac verba Nicolai ex fonte scholiorum P sumpsisse nemo negabit. Inde id quoque efficitur, ut ne Ac quidem nullius sit momenti ad emendanda verba Nicolai.

II. De Maximo Planuda

Corpori cuidam rhetorico, in quo Aphthonii Progymnasmata et Hermogenis quattuor scripta prolegomenis, commentariis, appendicibus instructa leguntur, Maximi Planudae nomen praefixum est in codicibus Laur. S. Marc. 294 (saec. XIV—XV) et Paris. 2920 (saec. XV)¹; scholia Aphthoniana edita sunt in Rhetorum Walzianorum vol. II 9—68. Maximus scholia P et Doxapatrem sive eius auctorem compilavit²). Ex

1) Rabe *Rhein. Mus.* 67, 332.

2) Hoc ut cognoscas, indicabo, quibus locis Max. cum Dox. aut P consentiat in cap. π. μύθου, π. διηγήματος, π. χρείας: 9, 12—10, 3 cf. Dox. 145 sq. 10, 3—10 = P 567, 10—17. 10, 10—12 cf. Dox. 147, 1. 10, 12 cf. Dox. 149, 5. 10, 12—17 cf. Dox. 152, 6 sq. 10, 18—23 cf. Dox. 157, 22 sq. 10, 23—12, 1 = P 572, 16—573, 8. 12, 1—7 = P 574, 9—16. 12, 9—13 = Dox. 159, 7—11. 12, 14—15 cf.

hoc loci hausti sunt, quibus Nicolai nomen legitur: Max. 60, 28 = Dox. 539, 14 et 540, 9; Max. 62, 29 = Dox. 548, 13 sq. Cetera, quae in his scholiis ad Nicolaum redeunt, hausta sunt ex scholiis P. Ut exemplum afferam, conferas quaeso:

scholia P II 576, 10 sq. W.	Max. II 12, 15 sq. W.	Nic. 10, 11 sq.
εἰ γὰρ ὁ μῦθος διὰ τοὺς νέους εὗρηται, ἵνα τῇ ἀφ' ἑαυτοῦ ἡδονῇ τὰς τῶν νέων προμαλάξας ψυχὰς οὕτως εὐπαράδεκτον τὴν παραίνεσιν ἀπεργάσῃται, τῶν νέων ὥς ἐπὶ πᾶν πεφυκότων τὰς φανεράς ἀποστρέφασθαι νοουθετήσεις, δῆλον πάντως ὅτι μετὰ τὸν μῦθον τὸ ἀπ' αὐτοῦ προστεθήσεται χρήσιμον· ἐπεὶ εἰ πρότερόν τι καὶ δρᾷ τι τὰς τῶν νέων ψυχὰς, περιττὴ ἡ τοῦ μύθου χρῆσις	τῶν γὰρ νέων ὥς ἐπὶ πᾶν πεφυκότων τὰς φανεράς ἀποστρέφασθαι νοουθετήσεις, δῆλον πάντως, ὅτι μετὰ τὸν μῦθον εὐπαράδεκτότερον τὸ ἀπ' αὐτοῦ γενήσεται χρήσιμον· ἐπεὶ εἰ προτερόν τι καὶ δρᾷ τι ταῖς τῶν νέων ψυχαῖς, περιττὴ ἡ τοῦ μύθου χρῆσις	εἰ καὶ διὰ τοῦτο τὸν μῦθον εὗρομεν διὰ τὸ τοὺς νέους μὴ ἡδέως δέχεσθαι τὰς φανεράς νοουθετήσεις, ἵνα ψυχαγωγοῦμενοι καὶ ἀπατώμενοι παρὰ τῆς ἡδονῆς τῆς ἐν τῷ μύθῳ οὕτως ἀκούουσιν ἥδη τῆς παραινέσεως, πῶς οὐ δεῖ τάττειν μετὰ τὸν μῦθον τὸ ἐξ αὐτοῦ χρήσιμον; ἐπεὶ, εἰ προσδέχοιτο τὴν παραίνεσιν, περιττὴ ἔστιν ἡ τοῦ μύθου χρῆσις

Dox. 173, 24 sq. 12, 15—20 = P 576, 13 sq. 13, 1—5 cf. Dox. 198, 4—8. 13, 6—10 = P 578, 9 sq. (cf. Dox. 198, 23). 13, 10—17 = Dox. 199, 10—21. 13, 16—24 cf. P 578, 19. 13, 24—14, 1 = P 579, 19 sq. 14, 1—16 = P 580, 18 sq. 14, 16—21 = P 583, 30 sq. 14, 21—25 cf. P 583, 1—5. 14, 26—15, 2 cf. 583, 18—22. 15, 2—5 cf. Dox. 246, 8 sq. 15, 7—16 cf. Dox. 247. 248. 15, 17—21 = Dox. 249, 14 sq. 15, 22—25 cf. Dox. 250, 5—25. 15, 26—16, 5 cf. Dox. 251, 10—22. 16, 5—9 = 252, 24—26. 16, 10—12 = 253, 22 sq. 16, 12—19, 4 cf. Dox. 256, 3—259, 10 (Theo. 97, 16 sq.). 19, 5—9 = P 587 25—30. 19, 10—11 cf. Dox. 262, 5—12. 19, 12 = Dox. 262, 13. 19, 13—20 = Dox. 263, 10. Consulto dixi 'Dox. sive eius auctorem compilavit'; nam raro scholiasta hic ad verbum cum Dox. consentit et non-

Item ex scholiis P deducta sunt perpauca illa verba Nicolai, quae in scholiis II leguntur, de quibus Rabe² *Rhein. Mus.* 62, 559 sq. dixit¹⁾.

III. De Ioanne episcopo Sardonio

Ioannes episcopus Sardonius, quem medio saec. X floruisse probabile est²⁾, vetustissimus videtur esse scriptorum, qui Nicolai libro usi sunt. In commentario enim, quo Aphthonium instruxit³⁾, verbis Aphth. 34, 28 Sp. adscripsit: τοῦτο Νικόλαος τὸ κεφάλαιον πρὸ τοῦ πράγματος καλεῖ, ὅπερ ἐκεῖνος οὐ στοχαστικῶς εἰσάγεσθαι φησιν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀναμιμνήσκειν τοὺς δικαστάς, ὧν ἴσασιν· ἐνθα λέγει ἀναγκαῖαν εἶναι καὶ τὴν τῶν ὁμοιογενῶν παράληψιν ὥς ἐμψυχον τὸν λόγον ποιοῦσαν. ὁμοιογενῇ δὲ λέγεται τὰ ἀπὸ τῶν ὁμοίων πραγμάτων λαμβανόμενα⁴⁾. στοχαζόμενοι γάρ φησι τὰ προγεγενημένα καὶ λέγοντες μετὰ πολλὰ ἕτερα καὶ τὰ νῦν τὸν κρινόμενον διαπεπραῆχθαι ὀφείλομεν τὸ πιθανὸν προσάγειν τοῖς λόγοις ἐκ τοῦ ὅμοια τοῖς νῦν κρινομένοις ἐπιζητεῖν πράγματα· οἷον κρινομένου ἐπὶ τυμβω-

nullis locis Dox. (157, 22sq.; 159, 7 sq.; 198, 4sq.; 251, 10—22 al.) ipse profitetur se haec ex aliis scholiis hausisse. Sed quinam hic auctor sit, inquirere non est huius libelli, cum verba Nicolai, quae apud eum scholiastam leguntur, plane consentiant cum P.

1) Codicem R = Rehdigeranum 13 saec. XIII—XIV contuli; quae verba Nicolai in eo exstent, ex apparatu critico cognoscas.

2) C. a. 900 eum fuisse putavit Ehrhard *Byz. Lit.-Gesch.* 2 199; Rabe *Berl. phil. Wochenschr.* 1909, 1019. Postea Rabe mecum communicavit eum, cum epigrammatis in imperatorem Romanum I (920—944; *Rhein. Mus.* 62, 571 sq.) scripti mentionem fecerit, c. a. 950 scripsisse verisimile esse.

3) Hoc commentarium in Vat. 1408 et Vindob. 130 adhuc servatum — pars prior etiam in Coisl. 387 legitur — Rabe descripsit; cf. *Rhein. Mus.* 63, 525. *Berl. phil. Wochenschr.* 1909, 1018. Eidem Sardonio vindicantur a Rabio Ἀθλησις τῆς ἀγίας μεγαλομάρτυρος Βαρβάρας καὶ Ἰουλιανῆς τῆς συνάθλου αὐτῆς, συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Σάρδεων (Paris. gr. 1458 f. 46^v—48^v) et Μετάφρασις τοῦ ἀγίου μάρτυρος Νικηφόρου, συγγραφὴν παρὰ Ἰωάννου ἐπισκόπου Σάρδεων (Paris. gr. 1452 saec. X f. 77^v); cf. Ehrhard l. c.; Lequien, Oriens Christianus, I col. 863 XII.

4) Definitio non consentit cum Nicolao (43, 9), sed cum ea, quam Sardonius ipse alio loco profert.

ουχία τινὸς λέξομεν, ὅτι ὡς εἰκὸς πολλὰς πρότερον κλοπὰς ἐργασάμενος καὶ ἐπὶ ταύτην ἦλθε τὴν ἀφορμὴν τοῦ κέρδους (cf. Nic. 43, 22—44, 8). Quae sequuntur apud Sardonum, non exstant apud Nicolaum; nihil sunt nisi interpretatio horum verborum. In fine scholii leguntur: καὶ ταῦτα μὲν ὁ Νικόλαος εὐκρίτως λέγων τῷ Ἀφθονίῳ.

Ex hoc scholio cognoscitur, quomodo Sardonius usus sit Nicolai libro: partim ipsa verba affert, partim summam tantum sententiarum ex eo sumit. Quin etiam verbis (p. 12, 9), quibus Nicolaus definit, quid sit διήγημα ἀφηγηματικόν, utitur ad verba Aphthonii 22, 7 Sp. interpretanda «πολιτικὸν ... κέχρηται»· ὅσα ἀπὸ μόνου τοῦ ἀπαγγέλλοντος προσώπου ἐκφέρεται.

Integra Nicolai verba praeterea afferuntur a Sardonio ad Aphth. 21, 20 Sp. (= Nic. 9, 16), ad 26, 1 (= Nic. 24, 14); denique ad 27, 30 (= Nic. 32, 6): πρὸς δὲ τούτῳ κἀκεῖνο γνωστέον, ὅτι οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν μέρος (= P; ἐν μ' O) τοῦ διηγήματος ὑπὸ κεφάλαια ἀνάγεσθαι πλεονα, οἷον εἰ τύχοι ὑπὸ τὸ (= P; τὸ om. O) ἀσύμφορον καὶ ὑπὸ τὸ ἀπίθανον καὶ ὑπὸ ἕτερον (= P; ἕτερον O). καὶ χρησόμεθα μὲν αὐτῷ ἐν ἅπασιν, τῇ δὲ (= P; δὲ om. O) περὶ τὴν ἐργασίαν διαφορᾷ τὴν ἐξαλλαγὴν μηχανησόμεθα (= P; μαθησόμεθα O).

Ne quis autem putet Sardonium verba Nicolai ex scholiis P hausisse — neque enim constat, quo tempore scholia P conscripta sint¹⁾, et Sardonius multis locis cum eis congruit (cf. p. XI) —, cum aliis tum his prohibetur locis. Verba ad Aphth. 27, 30 Sp. adscripta οὔτε ὁρισμένην ἔχουσι τὴν τάξιν τὰ κεφάλαια ταῦτα οὔτε πάντα ἐν ἀπάσαις ταῖς ἀνασκευαῖς τε καὶ κατασκευαῖς ἐμπεσεῖται, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐστὶν ἐξ ὧν ἀνασκευάζομεν καὶ (ἢ Wc pro καὶ) κατασκευάζομεν consentiunt cum Nic. p. 31, 3 sq., magnopere dissentiunt a P et Ac (cf. p. XI). Praeterea Sardonius ad Aphth. 28, 3 Sp. affert Nicolai verba p. 34, 22 sq. καὶ γὰρ ἐναγωνιωτέροις ἐν τούτοις ἢ κατὰ τὰς χρεῖας — λεγομένων (sic Sard.) δεόμεθα, quae in scholiis P desunt.

1) Rabe *Rhein. Mus.* 67, 330 ex variis lectionibus, quae ad accentus et interpunctiones spectant, colligit corpus P non ante saeculum nonum ortum esse.

Ergo Sardonius Nicolai libro ipso usus est. Et quamquam in universum meliorem memoriam praebet quam O, tamen tribus locis iisdem mendis inquinatus est atque O: p. 7, 17 ἐκ — φιλεῖ om. cum O; p. 44, 1 στοχαζόμενοι γὰρ τὰ προγεγενημένα, 58, 4 τὰ ἐνδεχόμενα δεῖ στοχαζέσθαι praebet sicut O. Apparet igitur Nicolai codicem, quo Sardonius usus est, artiore vinculo cum archetypo codicis O coniunctum esse quam cum eo, ex quo PAc hauserunt¹⁾.

IV. De Ioanne Doxapatre

Ioannes Doxapates, qui saec. XI commentarium in Aphthonium conscripsit, his Nicolai Progymnasmatum mentionem facit, II 199, 1 et 539, 14 W; Nicolai nomen commemorat II 540, 9. 540, 17. 548, 13. Quos locos si consideraveris, miraberis sane, quod nihil nisi definitiones (199, 1; 539, 14 = 540, 9, 17) vel sententias ab aliis diversas (548, 13) Doxapates affert, cum aliis locis, quibus verba Nicolai exhibet, aut eius mentionem omnino non faciat aut nihil dicat nisi τινές vel ἑτεροί²⁾. Hoc eo magis notandum est, quod aliorum scriptorum nomina ut Sardonii, Geometrae, Hermogenis saepius affert. Quomodo hoc explicandum est?

Summi momenti ad quaestionem solvendam sunt verba II 199, 1 W.: ὡς καὶ Νικόλαος ἐν τῇ (περὶ add. W II, cf. p. XXXIV; om. Wc V δ) τῶν προγυμνασμάτων αὐτοῦ (αὐτῷ V δ) πραγματεία διέξεισι καὶ τις (τις W II; om. Wc V δ) τῶν τὰ (τοῦ Wc pro τὰ) Ἀφθονίου ἐξηγησαμένων. Nam his verbis efficitur aut Doxapatrem et Nicolaum et scholiis usum esse, in quibus eadem atque apud Nicolaum inveniebantur³⁾, aut eum Nicolai testi-

1) In vilibus istis quae dicuntur Theoneis scholiis verba Nicolai perpauca leguntur I 257, 14 sq. 259, 25 sq. W.: ex Sardonio petita sunt. In Coisliniano ea exstare animadverterat Rabe *Rhein. Mus.* 62, 564 a. 1; postea demum vidit Sardonium eius commentarii auctorem esse *Rhein. Mus.* 64, 553 a. 2 10.

2) Cf. W II 120, 6; 121, 20; 122, 6; 123, 19 + 119, 26; 123, 25; 124, 3; 124, 19; 138/9; 143, 10; 159, 20 + 161, 29; 174, 16; 205, 1; 207, 1; 356, 7; 376, 22; 389, 4; 389, 9; τινές: 136, 9; 157, 17; 164, 3; 203, 14; 319, 4; 390, 25; ἑτεροί: 198, 26; 249, 20; 288, 26; 376, 14; 371, 11 al.

3) Ita Graeven Hermae vol. XXX 471, 5.

monia in ipsis scholiis invenisse. Iam vero Rabe *Rhein. Mus.* 62, 577 sq. ostendit Doxapatrem scholiis P usum esse; contuli igitur verba Nicolai, quae Doxapatres affert, et cum Nicolao et cum scholiis P: verba Nicolai, quae non sint in scholiis P, a Doxapatre afferuntur nulla. Praeterea duobus locis dissentit a Nicolao, congruit cum scholiis P:

scholia P, II 607,
30—608, 10 W.

Dox. II 390, 25 W.

Nicol. p. 37, 12

ὅσοι δὲ καὶ ἀνδρα-
γαθήματος αὐτὸν εἰ-
ναὶ αὖξῃσιν ὥρισαν-
το, οὐκ ἐπέστησαν τὸ
ἐγκώμιον τῆς οἰκείας
ἐκβάλλοντες χρείας.
εἰ γὰρ ὁ κοινὸς τό-
πος τὸ τοῦ ἐγκωμίου
ἐργάσαιοτο, περιττὸν
καὶ ἄλλως ὄχλος ἡ
τοῦ ἐγκωμίου μάθη-
σις, ἄλλως τε εἰ πρό-
κειται ἐν κοινῷ τό-
πῳ ὑπὲρ τινων λέ-
γειν, πάντως ἢ ὑπὲρ
αὐτῶν ἐροῦμεν, καθ'
ὧν ἤδη εἰρήκαμεν, ἢ
ὑπὲρ ἐτέρων· ἀλλ' εἰ
μὲν ὑπὲρ τούτων,
καθ' ὧν καὶ προ-
εἰρήκαμεν, οἷον κατὰ
φρονέως ἢ ὑπὲρ φο-
νέως, οὐκέτι τὸ
πρᾶγμα ὁμολόγηται,

τινὲς μέντοι τὸ τῆς
συνηγορίας μέρος
τοῦ κοινοῦ τόπου ἐκ-
τέμνοντες φασὶ τὸ
ὑπὲρ τινος τὸν κοι-
νὸν τόπον μὴ ἔχειν
μηδὲ αὖξῃσιν ἐν αὐ-
τῷ ἀνδραγαθήματος
γίνεσθαι. τοῦτο γάρ
φασιν ἐγκωμίων ἔρ-
γον· εἰ δὲ πρόκειται,
φασίν, ὑπὲρ τινων
ἐν κοινῷ τόπῳ λέ-
γειν, πάντως ἢ ὑπὲρ
αὐτῶν ἐροῦμεν, καθ'
ὧν ἤδη εἰρήκαμεν, ἢ
ὑπὲρ ἐτέρων· ἀλλ' εἰ
μὲν ὑπὲρ τούτων,
καθ' ὧν καὶ προ-
εἰρηται, οἷον κατὰ
φρονέως καὶ ὑπὲρ φο-
νέως, οὐκέτι τὸ
πρᾶγμα ὁμολόγηται,
τοῦ κοινοῦ τόπου
ὁμολογούμενα πράγ-
ματα ὀφείλοντος αὖ-
ξιεν. εἰ δὲ ὑπὲρ ἐτέ-
ρων τῶν τὰ ὁμολο-

λεκτέον οὖν πρὸς
τοὺς λέγοντας δεῖν
ὑπὲρ τινων ἐν κοι-
νῷ τόπῳ ποιεῖσθαι
τοὺς λόγους· πότε-
ρον

ὑπὲρ
αὐτῶν ἐροῦμεν, καθ'
ὧν ἤδη εἰρήκαμεν,
ἢ ὑπὲρ ἐτέρων; εἰ
μὲν γὰρ ὑπὲρ αὐ-
τῶν, καθ' ὧν καὶ ἡ
κατηγορία γεγένη-
ται, οἷον κατὰ τοῦ
φρονέως καὶ ὑπὲρ τοῦ
φρονέως, οὐκέτι τὸ
πρᾶγμα ὁμολογεῖται·

εἰ δὲ ὑπὲρ ἐτέ-
ρων τῶν τὰ ὁμολο-

εἰ δὲ ὑπὲρ ἐτέ-
ρων τῶν τὰ ὁμολο-


scholia P	Dox.	Nicol.
γούμενα ἀγαθὰ δια- πεπραγμένων, τῷ ἐγ- κωμῶ μᾶλλον ἄρ- μόζων ὁ τοιοῦτος φανεῖται λόγος.	γούμενα ἀγαθὰ δια- πεπραγμένων, τῷ ἐγ- κωμῶ μᾶλλον ὁ τοι- οῦτος ἄρμόζων λό- γος φανεῖται.	γούμενα ἀγαθὰ δια- πεπραγμένων, τῷ ἐγ- κωμῶ μᾶλλον ἄρ- μόζων ὁ τοιοῦτος λό- γος φαίνεται (sic O).

Altero loco (II 193, 4 sq. W.; cf. Nic. 18, 1 sq.; scholia P II 585, 17. 24 sq. W.) Doxapatres eodem modo quo scholia P de exercitatione chriae κατὰ πτώσεις facienda disputat; de exercitatione κατὰ ἀριθμούς, quam Nicolaus profert, nihil dicit aequae atque scholia P. Ceteris ex locis, quibus verba Nicolai inveniuntur, nihil colligi potest, cum Doxapatres aut consentiat cum Nicolao et scholiis P aut differat ab utroque libro. Quae cum ita sint, apparet Doxapatrem non libro Nicolai ipso usum esse, sed quae eius affert verba ex scholiis P hausisse. Quod nomen Nicolai affert l. l., inde explicandum videtur, quod hoc in suo scholiorum P exemplo invenit adscriptum (Rabe *Rhein. Mus.* 62, 585).

Ut paucis comprehendam, quae de scriptoribus, qui Nicolai verba afferunt, enucleasse mihi videor, Ioannes Sardinus solus Nicolai libro ipso usus est; ceteri commentatores Aphthoniani ex alio fonte verba eius hauserunt: P et Ac ex codice, quem fontem scholiorum P nominavi; Doxapatres ex scholiis P; Maximus Planudes ex Doxapatre et scholiis P.

saec. V

Nicolai Progymnasmata



Restat, ut dicam de iis locis, quibus scholia P, cum in univ-
 ersum congruant cum O, plura tamen exhibent quam hic
 codex. Quae num ad Nicolaum referenda sint, quaeritur. At-
 que verba quidem II 568, 4—8 W. Nicolai non esse p. V
 ann. 1 demonstratum est. Eiusdem capituli verba II 577,
 22—30 W., quae Finckh Nicolai esse putavit, repugnant eis,
 quae Nicolaus p. 21, 19 sq. exponit. — Verba II 578, 8. 9 ἀλλὰ
 τί μὲν—ἐδίδαξεν Ἀφθόνιος et 10 ἦν καὶ ὁ τεχνικός, quae ad
 eundem Aphthonium spectant, Nicolai non esse ex eo appa-
 ret, quod Nicolaus Aphthonii libro usus non est, cf. p. XXX.
 Eadem de causa reicienda sunt verba II 588, 25. 26; 597, 21;
 598, 30—599, 2. Verba II 588, 27 ὁ πάλιν διττόν—29 λέγε-
 ται scholiasta addit eo consilio, ut Nicolai doctrina congruat
 cum Aphthonio. — Verba II 589, 8 ἴσμεν ὅτι—590, 1 χροή quin
 recte excludantur, dubium esse dixeris, cum haec consentiant
 cum iis, quae Nicolaus exponit p. 41, 11 sq. 24, 5 sq. Sed alie-
 num est a Nicolai scribendi genere vocabulo ἴσμεν novam
 sententiam adiungere. Accedit quod, cum similia p. 41, 11
 dicantur, hoc loco ad illa non refertur, id quod moris est
 Nicolao (cf. 8, 12; 34, 4; 47, 21; 54, 11 al.). — Idem valet
 de verbis scholiorum P II 593, 8 ἀλλὰ καὶ αὐταὶ—14 ἀγαθόν.
 Nam licet Nicolaus saepius de veriloquio disserat, haec tamen
 verba p. 25, 16 nexum sententiarum et verborum Nicolai
 perturbant, qui disserere pergat, quomodo ἀπομνημόνευμα
 differat a chria sententiaque. Praeterea verba 593, 11 spec-
 tant ad exemplum Aphthonii. — Maiore iure verba scholio-
 rum P II 599, 26 δεῖ—600, 2 λόγον et 633, 2 καὶ—5 μελέτης
 ad Nicolaum referenda esse suspiceris. Atque illa quidem
 in O intercidisae coniecero, quod etiam verbum δεόμεθα ante-
 cedens in O deest (p. 35, 4). Item facile fieri potuit, ut verba
 καὶ—μελέτης una cum tota parte posteriore libri Nicolai de-
 perirent. Sed cum ceteris locis verba, quibus scholia P co-
 dicem O superant, non esse Nicolai cognoverimus, cautius
 visum est haec in textum non recipere.

C. DE ALTERA LIBRI NICOLAI PARTE RESTITUENDA

Cum in codice O inde a cap. *π. συγκρίσεως* non integra verba Nicolai exstent, sed ea tantum quae Ac exhibet, haec pars ex scholiis P restituenda est. Et revera etiam in hac parte scholiorum P verba Nicolai servari pluribus argumentis probatur: hic quoque passim de rationibus aliorum scriptorum disputatur; eadem capita distingui possunt, quae in unoquoque progymnasmate prioris partis inveniuntur; permulti loci cum Theone et Hermogene consentiunt; Sardianus et Doxapatres nonnulla afferunt, quae in his progymnasmatis leguntur. Denique scholia P inde a cap. *π. κοινοῦ τόπου* Nicolai verba fere integra exhibent (cf. p. VIII), ut verisimile sit idem cadere in haec progymnasmata.

Nonnullis tamen locis verba Nicolai paululum videntur mutata esse. — Capita enim *π. ἡθοποιίας* et *π. ἐκφράσεως* incipiunt a voce *τινές*. Sed non dubito, quin scholia P non recte verba Nicolai exhibeant. Nam etiam in initio cap. *π. κοινοῦ τόπου* in scholiis P haec vox exstat, cum apud Nicolaum legatur *τὸν κοινὸν τόπον οἱ μὲν μετὰ τὴν ἐκφράσιν ἔταξαν κτλ.* — Item in eisdem capitibus verba *φαμὲν* 64, 1 et *καὶ φαμὲν* 68, 7. 8 scholiastae videntur esse. Eodem enim modo in cap. *π. χρείας* scholia inseruerunt verba *ὁρίζονται δὲ αὐτὴν οὕτως· χρεία ἐστὶ κτλ.* (II 586, 4 sq.), cum apud Nicolaum haec verba desint. Scribendum igitur fortasse est 63, 22 *ἐπόμενοι τὴν ἡθοποιάν... τίθεμεν. ἡθοποιία δὲ ἐστὶ* et 68, 7 *τὴν ἐκφράσιν. ἐκφράσις δὲ ἐστὶ*. — In cap. *π. θέσεως* verba 76, 18 sq. non recte posita sunt in fine capitis, cum Nicolaus de partitione plerumque tertio loco agat. — Denique in cap. *π. νόμου εἰσφορᾶς* verba 77, 13; 16; 78, 2; 79, 13 excludenda esse puto, cum haec ad Aphthonium spectare videantur, cf. Aphth. 53, 29 Sp., aut ad Herm. 26, 12 R. Omnino autem hoc in capite verba Nicolai videntur magnopere mutata esse; paene suspiceris excerpta tantum adesse.

Etsi igitur his locis scholia P verba Nicolai non integra praebere videntur, tamen ponere licet in universum etiam hac in parte scholia P ipsa verba Nicolai servare.

D. DE VITA ET SCRIPTIS NICOLAI

De vita Nicolai haec praebet Suidas: *Νικόλαος ῥήτωρ, γνώριμος Πλουτάρχου καὶ Πρόκλου· Πλουτάρχου δὲ λέγω τοῦ ἐπὶ κλην Νεστορίου. ἔγραψε Προγυμνάσματα καὶ Μελέτας δημοτικὰς καὶ ἄλλα τινα. ἤκμαζεν ἐπὶ Λέοντος βασιλείᾳς τοῦ πρεσβυτ(έρ)ου καὶ ἕως Ζήνωνος καὶ Ἀναστασίου. — Νικόλαος, Μύρων τῆς Λυκίας, ἀδελφὸς Διοσκορίου (cod. Διοσκορίδου; corr. Bernhardy) γραμματικοῦ καὶ ὑπάρχου καὶ ὑπάτου καὶ πατρικίου, σοφιστεύσας καὶ αὐτὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει, μαθητῆς γεγωνὸς Λαχάρους. ἔγραψε Τέχνην δημοτικὴν καὶ Μελέτας.*

Utrumque Suidae testimonium ad unum eundemque Nicolaum pertinere iam animadverterunt Bernhardy (ad Suidae l. c.), Boissonade (ad Marini Vit. Procli 10 p. 87), Walz (Rhet. gr. I 263 sq.), C. E. Finckh (Aphthonii et Nicolai sophistarum progymnasmata, Heilbronn. 1865). Uterque enim fuit Lycius; quod cum de altero Suidas ipse testetur, alterum Plutarchi discipulum ipsum quoque e Lycia oriundum fuisse docet Marinus Vit. Procli 10: *Λύκιος γὰρ καὶ ὁ Νικόλαος*. Praeterea utrumque eodem tempore Athenis studiis incubuisse inde apparet, quod Plutarchus et Lachares eodem tempore fuerunt. Denique uterque artem rhetoricam professus est. Quod autem distinguitur apud Suidam Nicolaus rhetor, *γνώριμος Πλουτάρχου*, a Nicolao Myrensi, qui erat *μαθητῆς Λαχάρους*, ex eo ortum esse verisimile est, quod haec capita ex diversis fontibus fluxerunt¹⁾.

Quae de Nicolao Myrensi tradit Suidas, ea Hesychii esse concludi potest, quod haec vita eodem modo quo Hesychii vitae composita est. Qui post nomen scriptoris primum tra-

1) Eadem suspicatus est Daub (*Studien zu den Biographika des Suidas*, Freiburg 1882, p. 68): *Hesychius fand in seinen Quellen den Rhetor Nicolaus zweimal erwähnt, und zwar einmal bei einem die Philosophen behandelnden Autor (man vgl. γνώριμος Πλουτάρχου καὶ Πρόκλου· Πλουτάρχου δὲ λέγω τοῦ ἐπὶ κλην Νεστορίου), zum andern in einer die Sophisten resp. die Grammatiker in Leons Zeitalter umfassenden Quelle (ἀδελφὸς Διοσκορίου γραμματικοῦ ... Λαχάρους)*. Sed non plane recte eum statuuisse ex eis, quae disseram, apparebit.

dere solet, unde originem duxerit; deinde quo in genere litterarum versatus sit, qui parentes, liberi, magistri, discipuli fuerint, ubi quandoque fuerit, ubi quandoque mortuus sit; agmen claudit librorum index (cf. Wentzel *Texte und Untersuchungen*, hrsg. v. Gebhardt u. Harnack XIII 3; Hermae 33, 275).

Ea autem, quae leguntur i. v. Νικόλαος ῥήτωρ, ex verbis Marini c. 10 videntur manasse: ὥς γὰρ εἰς τὸν Πειραιᾶ κατήγε (Proclus) καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει κατεμνηνύθη τοῦτο, Νικόλαος ὁ ὕστερον μὲν περιφανὴς ἐπὶ σοφιστικῇ γενόμενος, τηνικαῦτα δὲ σχολάζων τοῖς ἐν Ἀθήναις διδασκάλοις κατέβη εἰς τὸν λιμένα ὥς πρὸς γνώριμον, ὑποδεξόμενός τε αὐτὸν καὶ ξεναγῆσων ὥς πολλήν· Ἀύκιος γὰρ καὶ ὁ Νικόλαος. Quae ad verba exstat scholium in Coisliniano: τούτου τὰ φερόμενα ῥητορικὰ προγυμνάσματα (cf. Boissonade, Marini Vit. Procli p. 87).

Ex his verbis orta esse ea, quae Suidas de Nicolao rhetore tradit, praecipue eo confirmatur, quod Nicolai rhetoris commemorantur magistri non Lachares rhetor ut i. v. Νικόλαος Μύρων et Λαχάρης, sed Plutarchus et Proclus philosophi, de quibus Marinus l. c. verba facit. Utrum vero ad eum haec vita redeat, qui saec. IX Hesychii librum in epitomam redegit, an ad Suidam ipsum, et difficilius est diiudicatu nec magni momenti. Certe Suidam Marini libro usum esse constat; cf. Bernhardt ad verba ἀρχή, ἡγμένος, θράττειν, μητρώα, Λεωνᾶς, Ὀλυμπιόδωρος, Μελάμπους, Πρόκλος, σύμβολον. Puto igitur Suidam prius testimonium ex Marini Vita Procli deprompsisse, posterius ex Hesychii libro.

Natus igitur est Nicolaus Myrae, in oppido Lyciae. Quo tempore natus sit, ex Marini l. c. aliquo modo definiri potest. Nam cum hoc loco appareat Nicolaum Athenis iam studiis incubuisse, cum Proclus eo venit, Nicolaum Procli aequalem fuisse necesse est statuamus. Ex eodem Marino cognoscitur Proclum natum esse a. 412 vel 410 p. Chr. n. (cf. Freudenthal *Rhein. Mus.* 43, 486), ut concludendum sit etiam Nicolaum esse natum c. a. 410. Id eo confirmatur, quod Dioscorium, fratrem eius, praeceptorem filiarum imperatoris Leonis a. 442 consulem fuisse constat. Itaque recte Suidas dicit

ἤκμαζεν ἐπὶ Λέοντος βασιλέως τοῦ πρεσβυτέρου Utrum Suidas sive Hesychii epitomator haec verba et ea, quae sequuntur καὶ ἕως Ζήνωνος καὶ Ἀναστασίου, suo Marte addiderit an ex libris historicis illius temporis hauserit, diiudicari non potest. Quae si vera sunt, dicendum est Nicolaum, natum c. a. 410, mortuum esse post initium imperii Anastasii, i. e. post a. 491.

Christianis parentibus videtur fuisse, cum ei Myrensi nomen datum sit Nicolao. Nam in hoc oppido episcopus fuisse traditur Nicolaus, qui tum inter clarissimos ecclesiae sanctos numerabatur. Accedit, quod frater Nicolai imperatoris Leonis filiarum erat praeceptor.

Athenas Nicolaus venit ante annum 430, cum Proclum eo venisse hoc ipso anno ex Marini verbis appareat. Magistro utebatur artis rhetoricae Lachare (cf. Suid. i. v. *Λαχάρης* et *Νικόλαος Μύρων*). Etiam philosophis studiis eum incubuisse ex narratione Marini c. 10 efficitur. Tum Athenis scholae praeerat Plutarchus, Nestorii filius, cui successit duobus annis (cf. Marin. 12), postquam Proclus eo venit, Syrianus, ut vix dubium possit esse, quin utrumque Nicolaus audiverit.

Dixerit quispiam ex eo, quod Suidas dicit *γνώριμος Πλουτάρχου καὶ Προκλου*, concludi posse, Nicolaum etiam Procli discipulum fuisse. Tamen haec vox rarissime apud Suidam discipulum significat, cum plerumque hoc sensu Suidas utatur voce *μαθητής*, et apparet vocem *γνώριμος* ex Marini verbis ortam esse, quo in loco vertenda est 'notus familiarisque'. Fieri sane potest, ut Nicolaus non solum familiaritate, sed etiam disciplina Procli usus sit, cum ex Marini c. 9 cognoscamus Proclum fuisse condiscipulorum quasi magistrum. Etiam rhetores, qui propriae iam scholae praeerant, aliorum rhetorum scholis interfuisse constat (cf. Sievers *Leben des Libanius*, p. 20).

Re vera Nicolaum doctrina Platoniorum philosophorum imbutum fuisse compluribus locis libri ipsius evincitur. Plato p. 50, 3 nominatur ὁ θεϊότατος, cum Aristoteles p. 55, 11 ὁ ἀνὴρ γὰρ ἐκεῖνος <αἰδέσιμος ὢν P; om. O> vocetur. — Nicolaus 7, 4 sq. mentionem facit interpretationis fabularum allegoricae, cui Platonicos illius aetatis quam maxime operam

dedisse constat. — Maioris momenti est, quod eodem loco μύθους ἐκ θεῶν συγκειμένους nisi a philosophis tractandos esse negat et ab his discernit ceteras fabulas, quarum in instituendis pueris usus erat. Eodem enim modo Proclus in Remp. I p. 76 sq. Kroll distinguit inter μύθους παιδευτικούς et ἐνθεαστικωτέρους: τὸ μὲν μήτε πρὸς παιδείαν συντελεῖν τοὺς μύθους τούτους (i. e. τοὺς ἐνθεαστικωτέρους), οὓς Ὅμηρός τε καὶ Ἡρόδοτος ἐγραψάτην, μήτε τοῖς νέοις προσήκειν αὐτῶν τὴν ἀκρόασιν συγχωρῶμεν τοῖς λέγουσιν et 84, 2: οἱ μὲν γὰρ εἰς τὴν τῶν νέων παιδείαν συντελόντες . . ., οἱ δὲ ἐνθεαστικωτέρας στοχαζόμενοι ἔξωθεν καὶ δι' ἀναλογίας μόνης τὰ ἔσχατα τοῖς πρωτίστοις συναρμολογόντες κτλ. Accedit, quod exemplum Iunonis ex Homero petatum *Ξ* 153—351, quod hoc loco Nicolaus affert, ab ipso Proclo p. 132—140 fusius tractatur. — Quod praeterea in capite π. ἐγκωμίου dicit 51, 7: αἰεὶ δὲ δεῖ σπεύδειν καὶ ἐπείγεσθαι ἐπὶ τὰ ἴδια καὶ μόνῳ αὐτῷ ὑπάρχοντα, οἷον λέγω ἐκ τῶν ἀνωτάτω προγόνων εἰκὸς πολλοὺς κατὰγεσθαι καὶ πολλὰς οἷον σειρὰς εἶναι κτλ., eodem modo hanc vocem σειρὰ ad seriem maiorum significandam Platonicos usurpasse demonstrant Fabricius et Boissonade ad Marini V. Procli c. 26 (τῆς ἀπὸ Σόλωνος χρυσῆς ὄντως τοῦ γένους σειρᾶς) p. 121; Wyttenebach ad Eunap. p. 38; Jacobs Anthol. X p. 127; Couvreur ad Hermiae comm. in Phaedrum p. 26.

Denique non neglegendum videtur, quod Nicolaus nonnullis locis cum Syriani doctrina rhetorica consentit, quantum ex eius commentario in Herm. II. στάσεων scripto cognosci potest. Summi momenti mihi videtur esse, quod Syrianus II 25, 9 R. eosdem locos laudativos affert, quos Nicolaus p. 50, 14 sq.: γένος, ἀνατροφή, ἐπιτηδεύματα, πράξεις, propterea quod Nicolaus l. l. pronuntiat se non sequi τὴν διαίρεσιν τῶν ἀρχαίων, sed τὴν κρατοῦσαν. Quoniam apud Syrianum easdem partes tractationis legimus, concludi potest verba illa Nicolai ad Syrianum vel Platonicos spectare. Haec me non temere affirmare evincitur duobus locis II 39, 17 ἐγνωσται πολλὰκις ἡμῖν (ἡμῖν om. W IV 164, 10) καὶ ἐν προγυμνάσμασιν et 171, 3 ὥς καὶ ἐν προγυμνάσμασιν ἡμῖν (ἡμῖν om. W IV 713, 4) εἴρηται: itaque etiam Syrianus Προγυμνάσματα aut peculiari

libro illustravit aut in scholis suis tractavit¹⁾. Atque priore loco (39, 17) eadem περιστατικά μόρια enumerat quae Nicolaus p. 13, 14; posteriore loco (171, 3) quamquam Syrianus non plane eadem τελικά κεφάλαια affert quae Nicolaus, tamen Nicolaus magis cum Syriani doctrina congruit, quam cum ea, quae apud alios scriptores invenitur (cf. Nicol. 44, 21). — Accedit quod Nicolaus non solum in eo cum Syriano consentit, quod tria genera dicendi esse affirmat (cf. Syr. II 16, 21), sed etiam easdem partes orationis, προοίμιον, διήγησιν, ἀντίθεσιν, λύσιν, ἐπίλογον, affert, cf. Syr. II 12, 5: τοῦ γὰρ πολιτικοῦ λόγου ὅλον τινὸς ὄντος οἱ μὲν τέσσαρά φασιν εἶναι μέρη, προοίμιον, διήγησιν, πῶστιν ἦτοι ἀπόδειξιν, ἐπίλογον, οἱ δὲ πέντε, προοίμιον, διήγησιν, ἀντίθεσιν, λύσιν καὶ ἐπίλογον, οἱ δὲ καὶ πλεονα τούτων, ὀνόματα μὲν καινότερα προσεπινουσύντες, ἅπαντες δὲ πρὸς τὰ πέντε μέρη καταντῶντες, ἄλλ' οἱ μὲν αὐτῶν συστέλλοντες τὴν ποσότητα, οἱ δὲ ἐκτείνοντες (cf. II 45, 22). Et ipsa illa vituperatio rhetorum καινότερα ὀνόματα excogitantium (cf. II 162, 16) apud Nicolaum reperitur p. 72, 12: καινὰ αὐτοῖς ὀνόματα περιτιθέντες et 78, 1. — Quod praeterea Nicolaus 40, 10 dicit perorationes etiam ἐν μέσοις τοῖς λόγοις adhiberi posse auctore Demosthene, eadem leguntur apud Syrianum II 111, 12: ἔστι δὲ τὸ κεφάλαιον ἐπιλογικὸν καὶ θανμάζειν οὐ χρεὶ, εἰ καὶ ἐν μέσοις τοῖς ἀγῶσιν ἐπιλογίζεσθαι δεῖ· καὶ γὰρ ὁ Δημοσθένης κτλ. — Denique Nicolaus 48, 11. 13 Demosthenis orationem De corona una cum Isocratis Panegyrico eadem de causa commemorat atque Syrianus II 10, 5sq. et 44, 21.

Iam apparet opinor Nicolaum ex schola Platoniorum perfectum esse. Haec sententia non pugnat cum eo, quod eum Christianis parentibus fuisse dixi p. XXIII; illo enim tempore Christianos magistris paganis usos esse nemo est quin sciat. Neque abhorret ab aliorum Christianorum loquendi usu, quod p. 7, 5; 49, 15; 73, 20 de deis loquitur; cf. Rohde *Der griech.*

1) Glöckner Quaest. rhet. p. 70 dicit verba 171, 3 spectare ad eius Praeexercitamenta, quem exscribit Syrianus, i. e. Euagorae; quod non pugnat cum sententia prolata, cum etiam Euagoras Platoniorum sectae addictus fuerit (Glöckner p. 63, 1. 64).

Roman 475 sq. Norden *Beiträge zur Geschichte der griechischen Philosophie* 388sq.

Sub imperio Leonis Nicolaus artem rhetoricam Constanti-nopoli professus est (cf. Suid. i. v. *Νικόλαος Μύρων*). Cum eadem in urbe Lacharem c. a. 450 artem rhetoricam in scholis docuisse constet (cf. Studemund, Pseudo-Castoris excerpt. rhet. p. 7), concludi fortasse potest Nicolaum huic successisse. Non parvae auctoritatis in hac arte eum fuisse testes sunt Suidas (i. v. *Λαχάρης: διδάσκαλος δὲ πλείστων, ἐνδόξων δὲ Εὐστεφίου καὶ Νικολάου καὶ Ἀστερίου*) et Marinus c. 10 (*ὁ ὕστερον μὲν περιφανὴς ἐπὶ σοφιστικῇ γενόμενος*).

De scriptis Nicolai Suidas i. v. *Νικόλαος* ῥήτωρ haec tradit: ἔγραψε *Προγυμνάσματα καὶ Μελέτας ῥητορικὰς καὶ ἄλλα τινά*; i. v. *Νικόλαος Μύρων*: ἔγραψε *Τέχνην ῥητορικὴν καὶ Μελέτας*. Scripsisse igitur Nicolaus fertur *Τέχνην ῥητορικὴν, Προγυμνάσματα, Μελέτας*; nam illud *ἄλλα τινά* Suidae merito non curamus. Atque Finckhius quidem Artem et Progymnasmata unum eundemque librum fuisse iudicavit. Sed obstat et quod Hesychius, cuius verba illa ἔγραψε *Τέχνην* esse p. XXI sq. vidimus, alibi distinguit inter *Προγυμνάσματα* et *Τέχνην ῥητορικὴν* (cf. i. v. *Μινουκιανός: . . . Τέχνην ῥητορικὴν καὶ Προγυμνάσματα καὶ λόγους διαφόρους* et i. v. *Παῦλος: ἔγραψε Τέχνην ῥητορικὴν, Προγυμνάσματα, Μελέτας*), et quod Nicolaus ipse Progymnasmata sua non *τέχνην*, sed *εἰσαγωγὴν* esse identidem profitetur (cf. 1, 8sq. 15, 1sq. 47, 11).

Praeterea in Progymnasmatum libello saepius ita loquitur, ut qui postea *τέχνην* tractaturus sit. Dicit enim p. 46, 17: *τίνα δὲ ἐστὶ τὰ τοῦ ἐπιλόγου ἴδια καὶ κατὰ τὴν τοῦ κοινοῦ τόπον διαφέρει, ἐν ἑτέρῳ καιρῷ μαθησόμεθα*. De hac re in Artibus agi solitum esse docent ea, quae leguntur in Anonymi Segueriani Arte § 198—240, quacum Nicolaum artissime cohaerere p. XXXII videbimus. — Item ad Artem spectare videntur verba p. 24, 19: *πῶς δὲ δεῖ χρῆσθαι ταῖς ἀποδείξεσιν, ἐν ταῖς τελειότεραις ὑποθέσεσι μαθησόμεθα*, i. e. si haec in Arte tractabuntur (cf. An. Seg. § 154 sq.). — Eodem modo intelligenda sunt verba p. 44, 19: *τὰ τελικὰ καλούμενα κεφάλαια,*

ὁ διὰ τί . . . μαθησόμεθα, cum Syrianus II 171 sq. R. fusius de capitibus finalibus disserat.

Sed Nicolai Ars deperdita videtur esse, aetatem tulerunt *Προγυμνάσματα*, i. e. praecepta progymnasmatica. Praeterea in codicibus Nicolao tribuuntur exempla, *Μελέται* Suidae, quae praecepta illa illustrant et ipsa quoque *Προγυμνάσματα* nominantur¹⁾ (ed. Walz I 266 sq.). Sed quae necessitudo Nicolao cum iis intercedat, nondum constat; prius opus erit codices eorum examinare.

E. DE INDOLE ATQUE FONTIBUS NICOLAI PROGYMNASMATUM

Cum p. IV sq. ostenderimus, quae partes in unoquoque progymnasmate distingui possint, nunc inquirendum est, quomodo Nicolaus rationes atque doctrinas aliorum scriptorum in librum suum coegerit, id quod se sibi proposuisse in praefatione ipse dicit 1, 7: ὅσα συνεῖδον δεῖν μαθεῖν τοὺς εἰσάγωγῆς τινος δεομένους, ταῦτα ἐκ διαφόρων συλλέξας εἰς ἓν τοῦτο <τό> σύνταγμα ἡθροῖσα. Et compluribus locis velut in capite π. μύθου disertis verbis pronuntiat se aliorum rationes proferre aut ab eis dissentire, cf. 6, 1; 18; 7, 8. Quin etiam ipsa aliorum argumenta ad verbum videtur exscripsisse 8, 18 sq. 10, 11 sq. (cf. οἱ δὲ ἐμφορονέστερον . . . διαίρουντες ᾠήθησαν . . . λέγοντες ὅτι, εἰ . . . εὖρομεν κτλ.). Confirmatur haec sententia eo, quod Nicolaus ipse dicit se aliorum verbis usum

1) Incertum est, utrum ad hunc librum an ad alterum spectet scholiasta Coislinianus (p. XXII). Idem cadit in ea, quae Ianus Lascaris refert (cf. *Centralblatt für Bibliothekswesen* I [1884] 397 et 400) cod. Vat. gr. 1412 f. 76^v: ἐν τῷ Σημαινοντος («Σιμένον [Athos]?» K. K. Müller) ζήτ(ει) Νικολάον σοφιστοῦ προγυμνάσματα ἀτελῆ καὶ μηδαμινά, βίον τοῦ ἀγίου Γλαρίωνος et f. 78^v: ἐκ τῶν προγυμνασμάτων Νικολάου τοῦ ῥήτορος. Eiusdem verba f. 79^v: Νικολάου σοφιστοῦ εἰς τὰ τοῦ Ἀφθονίου προγυμνάσματα, ἡ ἀρχή: διὰ τί ἐποίησε διήγημα δραματικὸν fortasse ad archetypum scholiorum P (cf. p. VIII) spectant. Bene ad hanc sententiam quadrat, quod Doxapatres, quem scholiis P usum esse p. XVII vidimus, eadem fere exhibet p. 242, 19 W.: ζητητέον ποῖνον, διὰ τί οὐκ ἐξέθετο ὁ Ἀφθόνιος ἱστορικὸν διήγημα ἢ πολιτικόν, ἀλλὰ μάλλον δραματικόν.

esse p. 1, 10 ὥστ' οὐ δεῖ θαυμάζειν, εἰ ἕναστον αὐτῶν παρά τινι πάντως καὶ αὐταῖς οἷα εἰκὸς λέξεσιν εὐρεθήσεται.

Sed non solum his locis, quibus ipse hoc pronuntiat, sed ubique aliorum rationes eum proferre vides Theone, Hermogene¹⁾, Aphthonio²⁾ comparatis. Primum igitur inquirendum est, num eorum libris usus sit. In hac tamen quaestione solvenda obliviscendum non est praeter hos scriptores fuisse multos alios progymnasticos³⁾, facile igitur fieri posse, ut Nicolaus rationes ipsas ex aliis hauserit.

Initio capitis π. *χρείας* Nicolaus vituperat eos, qui tirones κατὰ πτώσεις καὶ ἀριθμούς exercendos esse in hoc progymnasmate putent ideoque chriam primo loco ponant. Quae ad Theonem spectare cum inde efficitur, quod plane cum eo consentit, quin etiam idem exemplum affert, tum eo, quod etiam aliarum eius rationum mentionem facit. Velut

Theon. 74, 7: ἔτι δὲ πρὸς τοῦτοις ἀνασκευάζομεν <sc. τὸν μῦθον> καὶ κατασκευάζομεν, cf. 76, 15. 101, 5

Theon. 96, 29: ἔτι δὲ τῷ χαριεντίζεσθαι τὴν χρεῖαν ἐνίστε μὴδὲν ἔχουσαν βιωφελές, τὴν δὲ γνώμην αἰεὶ περὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ χρησίμων εἶναι, cf. 99, 13. 24

Nic. 21, 19: εἰσὶ γάρ τινες, οἳ καὶ ταύτας καὶ τοὺς μύθους ἀνασκευάζουσι

Nic. 21, 1: ἔτι τῶν χρεῶν φασὶ τὰς μὲν χρησίμους τινὸς ἕνεκα παραλαμβάνεσθαι, <τὰς δὲ> χαριεντισμοῦ μόνου

1) Iam antiquis temporibus dubium erat, num Progymnasmatum libellus ab Hermogene confectus esset; cf. Hermogenes, ed. Rabe, p. IV.

2) Cf. Hoppichler, De Theone Hermogene Aphthonioque progymnasmatum scriptoribus, Virceb. 1884. Schaefer, De Aphthonio sophista, Vratisl. 1854. Reichel, Quaestiones progymnasticae, Lips. 1909.

3) Cf. Theon. p. 59; Nic. p. 1. Quattuor tantum apud Suidam nominantur i. v. Ἐπιφάνιος, Μινονκιανός (cf. i. v. Μένανδρος· ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς ... Μινονκιανοῦ προγυμνάσματα), Παῦλος, Σιρίκιος. Huius Siricii nomen Nicolaus affert 28, 7. Eum sub imperio Constantini Magni fuisse cogi potest ex Suida (i. v. Σιρίκιος et Ἀνδρομάχος, cuius discipulus fuit Siricius); cf. Glöckner, Quaest. rhet. p. 98 sq.

Deinde Nic. 21, 7 eodem exemplo (de matre Alexandri) utitur atque Theo 99, 24; cf. etiam Theon. 97, 7 cum Nic. 20, 2sq. Accedit, quod Theonem inter ultimos progymnasmatum scriptores fuisse verisimile est, qui pueros in chria κατὰ πτώσεις καὶ ἀριθμούς exercendos esse docuerunt. Ex Quintiliano enim discimus eo tempore pueros non in scholis rhetoricis sed in grammaticis id exercuisse¹). Hermogenem eius exercitationis mentionem non facere, verbo moneo. — Verbis 14, 17 πῶς μὲν οὖν ἂν γένοιτο συντομία ἢ πῶς προστεθήσεται τῷ λόγῳ τὸ πιθανόν, μείζον ἢ κατ' εἰσαγωγὴν τὸ ἔργον τῷ πειρωμένῳ διδάσκειν Nicolaus Theonem videtur vituperare, qui fusius de hac re egerit (83, 14—84, 17 Sp. περὶ συντομίας, 84, 18—85, 27 Sp. περὶ πιθανότητος). Nam quae Nicolaus antea de συντομία et σαφηνείᾳ dicit, ea cohaerent cum Theonis doctrina. Sed cum Theonem vituperat, sibi ipse non satis constat. Ipse enim de eo q. e. πιθανόν egit in capite π. μύθου p. 7, 15 Theonis rationem secutus. — Etiam sibi ipse contradicere videtur p. 25, 13sq. Nam verba ἡ δὲ χρεία καὶ χαριεντισμοῦ ἔνεκα μόνον παραλαμβάνεται ex Theone sumpta sunt, cf. 96, 28 Sp. Sed haec pugnant cum eis, quae de chria protulit p. 23, 17sq. — Theonis de simplici et duplici communi loco rationem Nicolaum 38, 23 reiecisse cum eo apparet, quod exempla eadem sunt, tum quod Nicolai verba 39, 13 ἄλλως γὰρ κατὰ ἀπλῶς προδότου καὶ ἄλλως κατὰ στρατηγοῦ προδότου τὸν λόγον εὐπορήσομεν respondent eis, quae Theo dicit 109, 11 ἐν δὲ τοῖς οὐχ ἀπλοῖς τόποις ..., πλειόνων δὲ λόγων εὐπορήσομεν διὰ τὸ προσκείμενον τοῖς ἀπλοῖς. — His si addideris locos, quos in editione adnotavi (cf. imprimis p. 30sq.), concedes Nicolaum Theonis libro usum esse.

Itidem Hermogenis librum Nicolao praesto fuisse compluribus locis probari putō. Quae Nicolaus 16, 1—17, 3 de narrationis exercitatione dicit, eadem leguntur apud Herm. 4, 21sq., quamquam uterque alio exemplo hanc rem explanat.

1) Brinkmann *Rhein. Mus.* 65, 149 sq.; idem addit testimonium Suetonii De rhet. 1. Etiam Sardianum afferō: εἰ μὲν γὰρ περὶ τὰς πτώσεις καὶ τοὺς ἀριθμοὺς ὡς παρὰ τοῖς γραμματικοῖς τὴν γυμνασίαν ἐλάμβανε κτλ.

— Item cum Hermogene consentit 29, 20 οὔτε τὰ δμολογούμενα ἀληθῆ ἀνασκευάσομεν οὔτε τὰ δμολογούμενα ψευδῆ, ἀλλὰ τὰ δεχόμενα τοὺς ἐφ' ἑκάτερα λόγους πιθανῶς, cf. Herm. 11, 4 τὰ δὲ πάνυ ψευδῆ οὔτε ἀνασκευαστέον οὔτε κατασκευαστέον ὥσπερ τοὺς μύθους, ἀλλὰ δεῖ δήπου τὰς ἀνασκευὰς καὶ τὰς κατασκευὰς τῶν ἐφ' ἑκάτερα τὴν ἐπιχείρησιν δεχομένων ποιῆσθαι. — Quod in exponenda chriae exercitatione Nicolaus dicit 24, 13 τινὲς μετὰ τὸ εἰκὸς τὸ ἀπὸ παραβολῆς τάττουσιν, quadrat ad Herm. 8, 1. — Nullius momenti est, quod Hermogenes tertio loco ponit αἰτίαν ἐναντίον, cum apud Nicolaum legatur τὸ εἰκὸς καὶ ἀληθές; haec enim eadem esse recte monuit iam Sardonius, qui ad Aphth. 23, 15 τῷ τῆς αἰτίας, ἐκ τοῦ ἐναντίου adscripsit: ταῦτα ἐκ τοῦ εἰκότος καὶ ἀληθοῦς ἕτεροι λέγουσιν. — In laudatione tractanda Nicolaus 52, 8 eodem exemplo partem ἀνατροπὴν illustrat atque Hermogenes 16, 1 et cum hoc consentit, quod dicit 53, 3 πανταχοῦ δεῖ τὰς συγκρίσεις ἐπάγειν, cf. Herm. 17, 3 μεγίστη... ἀφορμὴ ἢ ἀπὸ τῶν συγκρίσεων, ἃς τάξεις ὥς ἂν ὁ καιρὸς ἀφηγῇται. — Iam apparere puto necessitudinem quandam inter Nicolai et Hermogenis Progymnasmata. Quamquam non firmis argumentis demonstrari potest ipsum Hermogenis librum illi praesto fuisse, tamen rem ita se habere satis probabile esse puto.

Aphthonio autem usus non esse videtur. Is enim primus ἀνασκευῆς progymnasma a κατασκευῆς et progymnasma ψόγου ab ἐγκωμίου divisit et singillatim de eis disputavit (cf. Schaefer, De Aphth. p. 12). Hanc rationem Nicolaus non solum non suam facit, sed ne mentionem quidem eius facit¹⁾. Inde effici, ut Nicolaus Aphthonio usus non sit, idcirco persuasum habeo, quod quam maxime id agit, ut aliorum rationes com-

1) Cum Nicolaus destructionem atque confirmationem uno capite tractaverit, verisimile est eum etiam laudationem et vituperationem uno capite exposuisse. Sed in codice O haec duo progymnasmata divisa sunt eodem modo, quo in scholiis P: verba 47, 5 ἔστι μὲν—53, 19 ποιήσουσιν (= 618, 10—622, 27 W.) sequitur ψόγος, Aphthonii caput. Post verba Aphthonii leguntur Nicolai verba 53, 20 καὶ ὁ ψόγος δὲ—58, 18 ἀρνούντως <ἐλεῖται> (= II 629, 22—633, 2 W.). Sed hoc non a Nicolao profectum esse sed arbitrio librarii, facile ostendi potest. Nicolaus si vituperationem

memoret. — Hac cum sententiā non pugnat, quod Nicolaus 38, 2 (= Aphth. 32, 24) et 38, 15 (= Aphth. 40, 8) cum Aphthonio solo¹⁾ consentit, contra 30, 18 (cf. Aphth. 27, 30) rationem, quam Aphthonius proponit, vituperat. Nam facile fieri poterat, ut Nicolaus aliorum scriptorum rationes etiam his locis spectaret (cf. p. XXVIII).

Absoluta de progymnasticis scriptoribus quaestione restat ut disseram, quibus auctoribus Nicolaus usus sit in eis partibus, quae non ad *προγυμνάσματα* sed ad universam artem rhetoricam pertinent, ut p. 1—5; 54, 22 sq.

Praeter Platonem (5, 9; 50, 3; cf. 3, 13; 40, 16) Aristotelis mentionem facit 55, 10; sed non recte eum de huius doctrina rettulisse animadvertit Angermann, De Aristotele rhetorum auctore, Lipsiae 1904, p. 70. Haec igitur Nicolaus ex alio libro²⁾ hausit. Quinam hic liber fuerit, p. XXXII videbimus.

Eodem loco Nicolaus Cornuti et Porphyrii mentionem facit. Cornuti vero doctrinam non ex eius libro, qui inscribebatur *Τέχνη ῥητορικὴ*, petivisse eum, sed ex Porphyrio recte mihi ostendisse videntur Graeven (Cornuti Artis epit. p. XXVIII) et Reppe (De L. Annaeo Cornuto, Lipsiae 1906, p. 59).

De Porphyrii doctrina Nicolaus recte rettulit: cf. W IV 35, 22 *καὶ φησι Πορφύριος, ὅτι τριῶν ὄντων τῶν τῆς ῥητο-*

proprio capite exposuisset, quin definitionem prolaturus fuerit, dubium esse non potest, cum etiam destructionem definiverit, quam cum confirmatione coniunxit. Sed de vituperatione nihil dicit nisi haec: *τοῖς αὐτοῖς κεφαλαίοις διαιρεῖται κτλ.* 53, 20. Verbis 54, 1 *τῶν γὰρ ἐγκωμίων τὸ μὲν ἐστὶν ἔπαινος, τὸ δὲ ψόγος* 54, 2 ipse profitetur se vituperationem nihil esse nisi partem vel genus laudationis putare, ut de ea singillatim agere necesse non sit. Praeterea, quod summi momenti est, p. 57, 9—58, 18 non de vituperatione sed de laudatione agit. Denique in fine progymnasmatis dicit: *περὶ ἐγκωμίου ἀρκοῦντως εἴρηται.*

1) Ceteros locos, quibus Nicolaus cum Aphthonio convenit, argumento esse non posse apparet, cum in his Aphthonius consentiat cum Theone vel Hermogene, quibuscum Nicolaum cohaerere supra ostendimus.

2) Contra Syrianus, quocum saepe consentire Nicolaum p. XXIV sq. vidimus, recte de Aristotelis doctrina rettulit II 11, 17 R.

ρικῆς εἰδῶν συμβουλευτικοῦ καὶ δικανικοῦ καὶ πανηγυρικοῦ κτλ. — In Porphyrium ea quoque cadunt, quae Nicolaus dicit 13, 19: εἰς δὲ τινες, οἱ τὴν ὕλην ἑβδομον στοιχεῖον προσέθηκαν κτλ.; legimus enim VII 921, 2 W.: ὁ φιλόσοφος Πορφύριος ἐν τῇ περὶ τῶν στάσεων τέχνῃ περιστατικά φησιν ἐπτά, πρόσωπον ... αἰτίαν, ὕλην. Neque obstat, quod in Hermog. q. f. II. εὔρ. 140, 19 R. similia leguntur; nam hic liber Hermogene recentior est.

Aliorum scriptorum nomina Nicolaus non affert; neque si libros, qui aetatem tulerunt rhetoricos perquisieris, in tanta multitudine invenies ullum, quo Nicolaus usus esse putandus sit, nisi unum¹⁾ Anonymum Seguerianum. Non solum sententiis (p. 14, 6 cf. § 103; p. 36, 23 sq. cf. § 169; p. 40, 7 sq. cf. § 211, 236, 239; p. 40, 16 cf. § 26; p. 46, 12 cf. § 243) sed etiam ipsis verbis (p. 4, 10 sq. = § 9 [cf. § 28]²⁾; p. 4, 11 = § 48; p. 5, 6 = § 198; p. 5, 9 = § 207; p. 14, 13 sq. = § 102; p. 41, 22 = § 7) cum eo consentit. Praeterea Nicolaus definitione *πίστεως* (§ 143) usus est ad *κατασκευὴν* definiendam p. 29, 17. Sed Graeven p. XIX (cf. supra p. XXXI) ostendit Nicolaum non Anonymo Seg. sed ipsa Arte, cuius epitome est An. Seg., usum esse. Eius argumentis unum addam. Scriptor §§ 99, 100 de virtutibus narrationis, quae nominantur *ἡδονή* et *μεγαλοπρέπεια*, disserit, quamquam § 63 tres tantum virtutes attulit. Ergo in epitome ea exciderunt, quibus docebatur alios scriptores quinque *ἀρετάς* posuisse, id quod Nicolaus dicit (p. 14, 4).

Quae cum ita sint, suspicio oritur Nicolaum, cum tantopere cum illa Arte cohaereat, etiam ea, quae de tribus generibus disserit (p. 3, 16 sq.; 55, 4 sq.), ex eadem Arte hausisse. Haec vel similia in Arte exstitisse ut censeam, ipso initio epitomae commoveor: ὁ πολιτικὸς ἦτοι δικανικὸς λόγος εἰς τέσσαρα μέρη διαιρεῖται τὰ προκείμενα. Cum verba τὰ προκείμενα ad rationes antea propositas pertinere appareat, recte Spengel (cf. Rhet.

1) Praeterea cum Rufi libello (I 2 p. 399—407 Sp.-H.) his locis consentit: p. 399, 4—13; 399, 17—400, 3; 402, 13; cf. p. XXXIII.

2) Ex his locis recte Graeven collegit etiam prooemii definitionem, quam Nicolaus profert, in hoc libro exstitisse.

gr. I 2 p. 352, 6 Sp.-H., adnot.) et Egenolff (*Berl. phil. Wochenschr.* 1894, col. 391) concluderunt antea scriptorem de orationis partibus disseruisse. Facile igitur fieri poterat, ut etiam de tribus orationis generibus scriptor ageret. Confirmatur haec sententia eo, quod Rufus quoque, quem arte cum epitome illa cohaerere constat¹⁾, p. 399, 1 sq. de his generibus disserit, quin etiam quartum genus *ῥητορικόν*, cuius mentionem facit Nicolaus 55, 12, commemorat. Omnia igitur, quae ad universam artem rhetoricam spectant, Nicolaus ex Arte, cuius epitomen servavit Anonymus Seguerianus, hausisse putandus est.

1) Non solum definitiones nonnullae (cf. *προλόγιον, διήγησις* al.), sed etiam exempla congruunt (400, 10 sq. = 353, 21 sq.; 400, 15 sq. = 354, 3 al.). Praeterea tota indoles huius libelli eadem est atque Anonymi Segueriani.

- Ac = Ambrosianus 523 saec. XI
 Ai = Ambrosianus 221 saec. XIV (p. 1, 16—2, 9)
 M = Monacensis 478 saec. XII vel XI (p. 9, 2—12, 10. 14, 18—15, 6)
 O = Musei Britannici codex addit. 11889 saec. XV (p. 1—58)
 OI = eius codicis folium 29: p. 9, 1—11, 10
 P = consensus codicum Pa Pc Vh (scholia Aphthoniana, Rhet. graec. II 5—9. 565 sq. Walz)
 Pa = Parisinus 1983 saec. XI
 Pc = Parisinus 2977 saec. XI
 Vh = Vat. Pal. 23 saec. XIII
 R = Rehdigeranus 13 saec. XIII—XIV

- An. Seg. = 'Anonymi Segueriani' *Τέχνη τοῦ πολιτικοῦ λόγου*,
 Rhet. graec. I 2 p. 352—398 Sp.-H.
 Aphth. = Aphthonii Progymnasmata, Rhet. graec. II 21—56
 Spengel
 Dox. = Ioannes Doxapatres, Rhet. graec. II 81—564 Walz
 (Vδ = Vat. 2228; Wc = Vindob. phil. et theol. gr. 130.
 Walz codicem Vindob. 15 secutus est)
 Herm. = Hermogenes, ed. Rabe
 Max. = Maximus Planudes, Rhet. graec. II 9—68 Walz
 Sard. = Ioannes Sardianus (C = Coisl. 387; Vω = Vat. 1408;
 Wc = Vindob. 130)
 Theo. = Theonis Progymnasmata, Rhet. graec. II 59—130
 Spengel

Rettuli ad p. 1—58 de variis lectionibus codicis O (et M) et ad p. 59—79 codicum Pa Pc Vh praeter pleraque menda orthographica.

Ex codice Ai, ex scholiis P (ad p. 1—58) et Ac, ex commentariis Sardiani, Doxapatris, Maximi Planudae non omnia, quaecunque discrepant, enotanda censebam.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΠΡΟΓΥΜΝΑΣΜΑΤΑ

Οὐχ ὥς τέχνην ἐπαγγελλόμενος ὑμῖν γράφειν, ὥ φίλ-
 τατοι παῖδες, ἐπὶ τοῦτο ἦλθον τὸ βιβλίον — πολλῶν γὰρ
 5 ὄντων τῶν συντεθηκότων τέχνας οὐδὲν <ἐτ'> ἔστιν εὐ-
 ρεῖν ὥς εἰπεῖν —, ἀλλ' ὥς ἐθέλων συνεθίζειν ὑμᾶς καὶ
 ταῖς μελίσσοι πραγματείαις ἐντυγχάνειν, ὅσα συνεῖδον
 δεῖν μαθεῖν τοὺς εἰσαγωγῆς τινος δεομένους, ταῦτα ἐκ
 διαφόρων συλλέξας εἰς ἓν τοῦτο <τὸ> σύνταγμα ἡθροί-
 10 σα. ὥστ' οὐ δεῖ θαυμάζειν, εἰ ἕκαστον αὐτῶν παρὰ τινι
 πάντως καὶ αὐταῖς οἷα εἰκὸς λέξεσιν εὐρεθήσεται, οὐ μὴν
 οὐδὲ καταφρονεῖν, εἰ εὐρίσκονται τινα καὶ παρ' ἑτέροις
 οἱ γὰρ ταῦτα ὑμῶν μαθόντες δυνήσονται συνιέναι καὶ
 τὰ δυσχερέστερα.

15 Πρῶτον τολύην σκοπητέον, διὰ τί ἀπὸ τῶν προγυμνα-
 σμάτων ἀρχόμεθα. ἐροῦμεν οὖν, ὅτι ἡ ῥητορικὴ τοῖς ἀν-
 θρώποις φύσει μὲν ἀεὶ παρῇν, ἥν δὲ δύσληπτος καὶ οὐ
 ῥαδίαν ἑαυτῆς τὴν χρῆσιν παρεχομένη· διὸ οὐδὲ πᾶσιν

15 — p. 2, 10 = P 9, 7—20

15 — p. 2, 10 cf. Dox. II 136, 9—22 W.

16 — p. 2, 9: A1 = Ambr. 221 (cf. Praef. cap. A III)

1 — p. 5, 20 ed. Rabe *Rheinisches Museum* 64, 558—561 5 ἐτ'
 add. Rabe 9 τὸ add. Rabe 10 ὥστ' Rabe; ὥς O 12 τινα
 i. e. quae in hoc libro non dicuntur 16. 17 τοῖς ἀνθρώποις post 17
 ἀεὶ P

ἦν κατάδηλος. ἕκαστος τοίνυν μέρος τι ταύτης τῆς τέχνης παραλαμβάνων τοῖς μετ' αὐτὸν παρεδίδου καὶ οὕτω κατὰ βραχὺ προῆλθεν εἰς διαιρέσεις τινὰς καὶ μεθόδους. τούτων δὲ ἐξ ἀρχῆς καταληφθεῖσων ἦν μὲν ἤδη σαφέστερα τὰ ἐκ τῆς ῥητορικῆς καλὰ, τοῖς δὲ νέοις ὅμως δυσμεταχείριστον τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο· οὐ γὰρ εἶναι ῥάδιον ἐδόκει τοῖς ἀπτομένοις αὐτοῦ πρῶτον εὐθὺς ἀθρόα τὰ ἐν αὐτῷ πάντα καθορᾶν. διὸ καὶ παρῆλθεν ἡ τῶν προγυμνασμάτων χρεία· οὐ γὰρ πρὸς τὸ ὅλον ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ πρὸς ἕκαστον τῶν μερῶν ἰδίᾳ γυμναζόμεθα.

Καὶ φέρε πρῶτον τί ἐστι ῥητορικὴ μάθωμεν. τὴν γὰρ ῥητορικὴν ἄλλοι μὲν ἄλλως ὠρίσαντο, Θεόδωρος <δὲ> οὕτω· ῥητορικὴ ἐστὶ δύναμις εὐρετικὴ καὶ ἐρμηνευτικὴ μετὰ κόσμου τῶν ἐνδεχομένων πιθανῶν ἐν παντὶ λόγῳ. τί ἐστὶ δύναμις; πρᾶγμα ἐν μεσότητι, ᾧ ἔξεστι καὶ καλῶς καὶ κακῶς χρῆσασθαι, οἷον πλοῦτος, ἰσχύς, μάχαιρα· τούτοις γὰρ χρῆσαιτο ἂν τις καὶ πρὸς τὰ καλὰ καὶ πρὸς τὰ ἐναντία. καὶ τοίνυν <καὶ> τὴν ῥητορικὴν διὰ τοῦτο ἐκάλεσε δύναμιν, ἐπειδὴ χρῆσαιτο ἂν τις αὐτῇ καὶ πρὸς τὰ καλὰ καὶ πρὸς τὰ μὴ τοιαῦτα· εὐρετικὴν δὲ <καὶ>

12 — p. 3, 3 = P 7, 20—8, 4 (incip. ῥητορικὴ τοίνυν ἐστίν, ὡς Διόδωρος φησι, δύναμις)

12 cf. Dox. 104, 26sq. 106 adn. 79 15 cf. Aristot. Rhet. A 1 p. 1355 b 2sq.; Anon. VII 12, 14 W., IV 25, 11 W.; Dox. (= Trophonius) II 106, 18 W.

1. 2 τῆς τέχνης O Ai Dox. 136, 13; (τῆς om.) τέχνη P 3 προῆλθεν Ai Dox. 136, 14; προῆλθον O; διῆλθεν P (cf. etiam 567, 2) 4 καταληφθεῖσων Ai, (-θησῶν) O; καταληφθέντων P Dox. 7 εὐθὺς om. Ai Pc ἀθρόως Ai 8 πάντα ante 7 τὰ P καὶ O Ai; om. P Dox. 12 Θεόδωρος scripsi coll. Quint. II 15, 16 (v. l. Eudorus); διόδωρος O P δὲ add. Rabe 15 μεσότητι P; μεσότητι κείμενον Ac; νεότητι O 17. 18 καὶ πρὸς τὰ ἐναντία καὶ πρὸς τὰ καλὰ O; καὶ (καὶ om. Pa Vh) καλῶς καὶ πρὸς τὰ ἐναντία P; corr. Rabe 18 καὶ add. P 20 μὴ add. ante καλὰ P πρὸς om. P καὶ add. P

ἐρμηνευτικήν, ἐπειδὴ τοῦτο ἔργον τοῦ ῥήτορος, τὸ ἐν
 παντὶ τῷ προτεθέντι προβλήματι νοῆσαι τε ἃ χρὴ εἰπεῖν
 καὶ οἰκονομῆσαι ταῦτα καὶ ἐρμηνεῦσαι ἄριστα. πρόσκει-
 ται <δὲ> 'τῶν ἐνδεχομένων πιθανῶν ἐν παντὶ λόγῳ' δια-
 5 τὸ τέλος τῆς ῥητορικῆς, ἐπειδὴ τοῦτο αὐτῆς τέλος τὸ
 πειστικῶς εἰπεῖν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον. οὐκοῦν οὗτος μὲν
 ὁ ὅρος· 'δύναμις εὐρετική καὶ ἐρμηνευτική μετὰ κόσμου
 τῶν ἐνδεχομένων πιθανῶν ἐν παντὶ λόγῳ'. ἔργον δὲ τὸ
 ἐν <παντὶ> τῷ προτεθέντι προβλήματι νοῆσαι τε ἃ χρὴ
 10 εἰπεῖν καὶ οἰκονομῆσαι ταῦτα καὶ ἐρμηνεῦσαι ἄριστα. τέ-
 λος δὲ οὐ τὸ πείσαι πάντως, ἀλλὰ τὸ πειστικῶς εἰπεῖν
 κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον· διὰ τοῦτο γὰρ αὐτὴν καὶ πειθοῦς
 δημιουργὸν ὁ Γοργίας ὠρίσατο. — 'Ρητορικὴ δὲ ὀνομά-
 ζεται ἢ ἀπὸ τοῦ ῥύθην λέγειν ἢ ἀπὸ τοῦ συνηγορεῖν τὸν
 15 ῥήτορα τῷ νόμῳ· ῥήτρα γὰρ κατὰ Δωριέας ὁ νόμος.

Διήρηται δὲ ἡ ῥητορικὴ εἰς τρία τὰ ἀνωτάτω ταῦτα·
 δικανικόν, συμβουλευτικόν, πανηγυρικόν. χαρακτηρίζε-
 ται δὲ ἕκαστον τούτων [ἢ] ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων προσώ-
 πων· οἱ γὰρ ἀκροαταὶ συνελήλυθασιν ἢ ὥς δικασόμενοι
 20 ἢ ὥς συμβουλευσόμενοι ἢ ὥς πανηγυρίζοντες. καὶ ἔστι

10—15 ~ P 8, 4—10 16—20 ~ P 6, 1—3 20—p. 4, 5 =
 P 6, 4—8

5 cf. Dox. 107, 20 11 Athanas. *Rhein. Mus.* 64, 549 l. 19;
 Ruf. I 2 p. 399, 2 Sp.-H.; Dox. 120, 2 13sq. cf. Etym. Magn.
 s. v. ῥήτωρ; P VII 108 ann. 17 W.; Dox. 120, 7; Anon. *Rhein.*
Mus. 64, 545 l. 28—31 16 cf. Dox. 121, 19 17sq. Anon.
Rhein. Mus. 64, 570 l. 27; Troil. VI 53, 28 W. 20 cf. Dox. 122, 5

1 τὸ P; τῷ O 2, 3 νοῆσαι τὰ δέοντα καὶ P 3 ταῦτα O (cf.
 l. 10); καλῶς P 4 δὲ add. Rabe 6 πιστικῶς O 9 παντὶ
 add. Rabe coll. l. 2 10 ἐρμηνεῦσαι ἄριστα καὶ οἰκονομῆσαι
 ταῦτα O; corr. Rabe coll. l. 3 11 πιστικῶς O 18 τούτων
 ex τοῦτο O ἢ del. Rabe coll. Aristot. *Rhet.* A 3 19 συνελή-
 λυθασαν, mg. γρ' λυθᾶ m. 1, O δικασόμενοι P; διδάσκοντες O

τοῦ μὲν δικανικοῦ ἴδιον πᾶν τὸ ἐν κατηγορίᾳ καὶ ἀπο-
λογίᾳ, τέλος δὲ αὐτοῦ τὸ δίκαιον· τοῦ δὲ συμβουλευτι-
κοῦ προτροπὴ καὶ ἀποτροπή, τέλος δὲ <αὐτοῦ> τὸ συμ-
φέρον· τοῦ δὲ πανηγυρικοῦ τὸ ἐγκωμιαστικὸν <καὶ
ψεκτικόν>, τὸ καὶ ἐπιδεικτικόν, τέλος δὲ αὐτοῦ τὸ καλόν. 5

Μέρη δὲ τοῦ λόγου πέντε· προοίμιον, διήγησις, ἀντί-
θεσις, λύσις καὶ ἐπίλογος. προοίμιον μὲν οὖν ἐστὶ λόγος
παρασκευάζων τὸν ἀκροατὴν καὶ οἰκείως διατιθεὶς εἰς
τὸν ὑποκείμενον λόγον· ἔργον δὲ τοῦ προοιμίου καὶ τέ-
λος — τὸ γὰρ αὐτό τινες ἐβουλήθησαν — τὸ προσοχήν 10
καὶ εὐμάθειαν καὶ εὐνοίαν ἐργάσασθαι. διήγησις δὲ ἐστὶ
τῶν ἐν τῇ ὑποθέσει πραγμάτων ἕκθεσις εἰς τὸ ὑπὲρ τοῦ
λέγοντος μέρος ῥέπουσα ἤγουν πρὸς <τὸ> τοῦ λέγοντος
συμφέρον γινομένη· εἴρηται δὲ τοῦτο διὰ <τὸ> τὴν διή-
γησιν εἶναι μόνην τῶν ἐν δικαστηρίοις ἀμφισβητήσεων. 15
ἢ οὕτως· ἕκθεσις πραγμάτων γεγονότων ἢ ὥς γεγινό-
των· ἔργον δὲ [καὶ] αὐτῆς καὶ τέλος τὸ παράδοσιν καὶ
δήλωσιν ποιῆσαι τῷ ἀκροατῇ τοῦ πράγματος. ἀντίθεσις

7— p. 5, 10 = P 6, 17—7, 18 18 ἤγουν — 15 ἀμφισβητήσεων
om. P (13—16. 17 γεγονότων om. Ac)

6— p. 5, 10 Ac cf. Syrian. I 9, 22; II 12, 5; 45, 24 R.; cf. Dox.
123, 19; 119, 26 7 Ruf. I 2 p. 399, 16 Sp.-H.; Anon. VII 52, 16;
697, 5 W. 10 Longin. (Pselli epitome) I 2 p. 208, 8 Sp.-H.
An. Seg. § 9 10sq. Dox. 123, 24 sq. 11 An. Seg. § 48; Ruf.
402, 12 18— p. 5, 6 Sard.; Dox. 124, 3—9; 545, 27—31

2 αὐτοῦ om. P 3 τε καὶ P αὐτοῦ add. Rabe 4. 5 καὶ
ψεκτικόν add. P 5 τὸ καὶ ἐπιδεικτικόν om. P αὐτοῦ om. P
9 ἔργον P Ac; ἔργα O τοῦ προοιμίου O Ac; αὐτοῦ P 10 pr.
τὸ — ἐβουλήθησαν om. Ac ἐβουλήθησαν O; ὠήθησαν P 11 εὐ-
νοίαν P Ac; εὐνοίαν O ἐργάσασθαι O Ac; ἀπεργάσασθαι P δέ
om. Ac ἐστὶ hic et p. 5, 1. 3 om. P 11—14 cf. p. 11, 17sq. 13 et
14 τὸ add. Rabe 15 exsp. μόνων 16 οὕτως om. P πράγμα-
τος γεγονότος ἢ ὥς γεγονότος P, ut Herm. 4, 6 R. Aphth. II
22, 2 Sp.; at cf. p. 11, 15 17 καὶ om. P Ac

δέ ἐστὶν ἡ παρὰ τοῦ ἀντικειμένου προσώπου ἔνστασις,
 τὸ ἐν ἡμῖν πιθανὸν διαλύουσα καὶ εἰς εὐλογωτέραν ἐν-
 νοίαν τὸν ἀκροατὴν μετὰγούσα. λύσις δέ ἐστὶν ἡ τὴν ἐκ
 τῆς ἐνστάσεως βλάβην ἀφαιρουμένη καὶ εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς
 5 τὸν ἀκροατὴν ἐπανάγουσα καὶ εἰς συγκατάθεσιν ἔναι
 πείθουσα τοῦ προκειμένου ζητήματος. ἐπίλογος δέ ἐστι
 λόγος ἐπὶ προειρημέναις ταῖς ἀποδείξεσιν ἐπαγόμενος,
 ἀθροισμὸν πραγμάτων καὶ ἡθῶν καὶ παθῶν περιέχων.
 ἔργον δὲ καὶ τούτου, φησὶν ὁ Πλάτων, τὸ ἐπὶ τελευτῆς
 10 τοὺς ἀκούοντας ὑπομνησαι τῶν εἰρημένων.

Αὕτη δὲ ἡ διαίρεσις ἡμῖν γέγρονε διὰ τὸ δηλωθῆναι
 τὸ ἐκ τῶν προγυμνασμάτων ὄφελος. τὰ μὲν γὰρ ἡμᾶς
 πρὸς τὸ δικανικὸν γυμνάζει, τὰ δὲ πρὸς τὸ <συμ>βου-
 λευτικόν, τὰ δὲ καὶ πρὸς τὸ τρίτον, τὸ πανηγυρικόν. καὶ
 15 αὖ πάλιν τῶν γυμνασμάτων τὰ μὲν τὴν τῶν προοιμίων
 διδάσκει χρεῖαν, τὰ δὲ τὴν τῶν διηγήσεων, ἕτερα τὴν
 τῶν ἀγώνων ἐν ταῖς ἀντιθέσεσί τε καὶ λύσεσιν, ἔστι δὲ
 ἃ καὶ τὴν τῶν ἐπιλόγων.

12—14 ~ P 5, 14—18

15—18 = P 6, 12—14

6 An. Seg. § 198
p. 60

9 An. Seg. § 207

11sq. cf. Theo.

12sq. cf. Dox. 125, 4sq.

1 δέ om. Ac 2 διαλύουσα P Ac Sard.; δηλοῦσα O 3 δέ
 om. Ac 4 ἐνστάσεως Pa Vh Ac; στάσεως Pc Sard.; ἀντιθέσεως
 O 5 ἐπανάγουσα O Ac Sard.; μετὰγούσα P 6 προκειμένου
 P Ac Sard.; ὑποκειμένου O 7 λόγος om. Ac 8 ἀθροισμὸν P Ac;
 ἀθροισμῶν O περιέχων P; παρέχων O Ac 9 δὲ καὶ τούτου
 Ac; δὲ καὶ τοῦτο O; δέ ἐστι καὶ τούτου P; δέ ἐστι τούτου καὶ
 τέλος Rabe φησὶν ὁ Πλάτων om. Ac Plat. Phaedr. 267 D
 17 τε om. P 18 τὴν τῶν ἐπιλόγων scripsi; ἐν τοῖς ἐπιλόγοις O,
 (ἐν om.) P



3 1949 01943 6204

VITA

Natus sum Iosephus Felten Coloniae Agrippinensis Nonis Nov. a. 1884 patre Ioanne, matre Catharina e gente Cossmann, quos adhuc superstites esse summo opere laetor. Fidei addictus sum catholicae.

Litterarum primordiis imbutus in gymnasio Fridericio Guilelmio Colon. et maturitatis testimonium adeptus a. 1904 Monacum et a. 1905 Oenipontem me contuli, ut philosophicis et theologicis studiis operam navarem. Inde a quarto semestri Oeniponte et inde ab a. 1906 Bonnae philologicis studiis incubui. Examen rigorosum absolvi Kalendis Mart. anni MCMXI, examen pro facultate docendi a. d. XIV Kal. Dec. eiusdem anni.

Docuerunt me viri illustrissimi: Lipps, Schneider, v. Hertling, Furtwängler †, Kalinka, Stolz, Zingerle, Brinkmann, Elter, Marx, Loeschke, Solmsen †, Dyroff, Erdmann, Enders, Litzmann, Schultz, Wilmanns †.

Proseminarii philologici postquam quattuor per semestria sodalis fui, Brinkmanni, Elteri, Marxii benevolentia factum est, ut in seminarium philologorum Bonnensium reciperer, cuius per bis sex menses sodalis ordinarius fui. Praeterea ut exercitationibus linguisticis interesssem, Solmsen benigne concessit, exercitationibus theodiscis Wilmanns et Litzmann, ad seminarium philosophicum liberaliter aditum mihi patefecerunt Dyroff et Erdmann.

Quibus viris omnibus quam maximam habeo gratiam; praecipue numquam desinam pio gratoque animo colere Brinkmann et Rabe, qui in hoc opere perficiendo summa cum benignitate me adiuverunt.